This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


615
P23L

APOLOGIA

COMMENTARII

OLIM AEDITI

DE PARCA EVACVATIONE

IN GRAVIVM MORBORVM PRINCIPIIS, A MATERIA MVLTA, ET MALA, non furiosa pendentium, facienda

Ad Hippocratis mentem,

CVIVS INTERPRES AVICENNA EXISTIT, Galeni in hoc amphiuii expositione omissa: In his Præsertim, in quibus dissonat. Quum peccandi in mortalium uitas largam dederit occasionem.

LVDOVICI PANIZAE

QVI PLATONIS CONSILIO SE multorum Clarissimorum doctorum iudicio summisit, vt res publica humana tutior, & maiori consultu euadat.

CVM PRIVILEGIIS

VENETIIS
Apud Ioan. Franciscum Camocium, Ad signum Piramidis.
MDLXI

PANIZZA AD LECTOREM

Iudicibus quamuis Lector ſint uiſa ſeueris.
Hæc mea mutabo, Si ratione uoles.

Idem ad librum euntem ad Clariſſimum Paulum Roccociolum.

Vade liber tutus per amici limina Pauli.
Quem Mutina ingenuit, Viteliana colit,
Hic te ſuſcipiet cœleſti fronte ſerena.
Et dulci amplexu baſia mille dabit.
Verum nate tuos quàm mox reuiſe penates,
Sed differ, quantùm resq; locusq; dabit.
Nec te blanditiæ teneant, ſolatia, riſus,
Plus patris moueãt, languida membra ſenis.

EXAMINATORI DOCTORI egregio, Ludouicus Panizza Bene Agere.

uæ erga me humanitatis Examinator clariſsime, ſic à me iure uocate, minime oblitus ſum, quum multis iam elapſis annis unà cum duobus familiaribus tuis philoſophis & amicis me ſalutatum ueniſti, Cuius quidem dulciſsimæ ſalutationis memoria adhuc fruor ac letor, & eo magis quum te ad amplum & honorificentiſsimum apicem peruenturum breui proſpiciam (tantæ agnoſco ueſtigia flãmæ) Sed ut ad rem ueniam, ſcias uelim in hac mea prolixa ætate, Duo me nunquam ab inſtitutoribus meis ſapientiſsimis extrema cõſpecta uidiſſe, quorum alterum in Auicenæ dedecus, cui olim innumerabiles cũ humanarum tum diuinarum ſcientiarum cultores tantum tribuère, exiſtebat; Alterum uero Galeni honoris celſitudo ac faſtigium, ex quo uterq; celeberimos honores & laudes merentur, in his potiſsimũ quæ apte et ſapienter ac doctè tradiderunt; Quẽadmodũ aliquid ſi quis quod in mortalium damnũ et cladem foret edidiſſet (Pace ſua hoc dixerim) non mediocri quidem labe inurrendus eſſet, atq; alto cum ſupercilio damnandus, perinde ac philoſophorum maximus in noſtri documentum memoriæ tradidit, eo ſane loci, ubi inquit, amicus quidem Socrates, Amicus Plato, magis amica ueritas: Et quod turpius eſſet, quum quis forte ſibi met ipſi cõtradixerit, hic hic nimirũ lapſus nullam admittit excuſationem. Verũ ſi quis ſtrucii inſtar uentriculum ad concoquendũ ferrum robuſtum haberet, duo tamen ei præcipue conſideranda ſunt, Nempe incommodum quod inde proficiſcitur, quæ certe ingens eſt mortalitas, alterum uero ne iudicii omnino expers uideatur, Sed primus quidem error tanti eſt, ut quilibet aduerſus tantam ac talem perniciem inſurgere deberet (Ita me Dii ament) illud ipſum Aliabatis concernere uideor, quum de Dei Optimi Maximi Glorioſi ira diuinaret. Tres equidem ſtatus alterat, mutat, atq; labefactat, Diuinũ (Aiunt ſpiritualem) quo animas excruciet; Hinc nunc tot deprauatæ hæreſes emergunt. Mox illum qui ad mundi fortunas pertinet,

accriter præmit & urget, inopias, mendicitates, ſæuas tiranides afferrendo. Poſtremum uero quum optimi deſerantur, maligni, impii, ineruditi, nugaces inſurgunt medici. In qua quidem metha morphoſi cœliq; intemperie, En quod Galeni gloria ac dignitas mirum immodum inualuit: Auicenæ uero doctrina exculta ac plurimum elaborata eius dogmata euanuere, eoq; uſq; uentum eſt, ut ei mortis periculum & incendiũ ſæpius denunciauerint, ut cœteras iniurias ac contumelias crebro illatas taceam, Quamobrem uerreor, ne latebras, atq; abdita ſubijerit loca, Quod per Iouem nunquam facere auſus fuiſſem, ſed utriusq; & quidem magni authoris potius diuina ſcripta in ſacrarijs atq; in archiuis pro eorum defenſione pugnandis, conſeruari uoluiſſem, falſa uero ac indocta (ſi qua ſunt) pernicioſa ue præcepta obliterari, quemadmodũ illud de praua uenæ ſectione, et de minorãte purgatione abolitione. Porro quæ ſic malè admiſſa, aut ex aduerſo iniuſtè atq; improbè negata, non ſecus enim ea corporibus obſunt, ac animabus peruerſæ hereſes, Quo circa radicitus euellere oportet: Verum quia Tu in Galeni ſentẽtia uerſatus, ac omnino alitus es, illud hercle Philoſophi problema uerificaſti, quũ dicit, Quid eſt, quod ſi uerſamur cum ſanis, ſani non efficimur, Sed cũ ægris ægri euadimus? Addens, quod idem eſt iudicium de moribus: Cui & nos non incongrue addere uolumus, de multis aliis habitibus euenire, ut citaredus ex uſu citaredi, & Tu ex conſuetudine Galeni familiaris tui Galenicus factus es. Quũ igitur fœlicioribus in annis, mei doctiſſimi ac grauiſſimi magiſtri medicam facultatem ab Hippocrate ortam dimiſſo Galeno, cum Auicena medius fidius eam tractabant, hunc ſiquidem peculiarem ſeruantes ritum, ut in huiuſmodi profeſſione cuncta ad philoſophiam (ut ad reginam) reducerent, Aſſerentes, Quod ſicuti qui particularem præmiſsis, non ſcientificus, ſed uulgaris duntaxat particularis eſt medicus, eodem modo qui circa uniuerſam eã facultatem ſine philoſophia in ſe habente omnes ferme premiſſas, nõ medicus niſi uulgaris habendus eſt: Hac ratione qui priori uiuebant æuo, in quo inſtitutores mei enutriti fuerant, ipsũ Galenum dimiſerant, atq; Auicenam ſumma cum ueneratione colebant

lebant. At dices, Quis nam tibi dixit Galenum à philoſophia alienum? Quum contra Briſotus, & Curcius Viri Illuſtres eum in maximum habuerint philoſophum? Signum adducentes, quod crebro in patrem philoſophiæ Ariſtotelẽ libere inuæhebatur, quod nõ feciſſet niſi ualidus quidem philoſophus extitiſſet. Cui pætitioni reſpondens dico, quod Auicena & Aueroes illi quidem ſunt qui huiuscæ calumniæ authores fuere; Parcãt mihi Briſotenſes ſimulq; Curcienses quandoquidem illorũ authoritas longè maior eſt, quám ipſorũ: Quod uero dicant in Galeno ſignũ fuiſſe, eius audatia ſummo philoſopho contradicendi, Dico hoc ſignum potius oppoſitum, quàm propoſitũ concludere, diceremq; ſi tam eruditus fuiſſet Philoſophus, nec ueritati, nec Philoſopho contradixiſſet; quod ſi in Ariſtotelem audatia uſus fuerit, non temerariũ eũ iam dicam ac ueluti amentem arma iniuſte capientem, ſed illum duntaxat nimis in eum audacem, quæ audatia ipſum & iſtos ita perſuaſit, quia á philoſophia longe abſunt. Ad noſtrum modo redeuntes: Fœlicioribus illis decurrentibus annis, Magiſtri illi noſtri medicam facultatem philoſophiæ cõnexam colebant, quapropter ueri atq; (ut dicit Ariſtoteles) elegantes erant medici. Verum tametſi ipſi plurimum cõmendandi forent, non ita tamen undequaq; abſoluti aderant, quin in aliquo reprehendi poſſint, quod ſublunaribus ſingulis euenit, ut non ex omni parte ſit beatum, Ita ipſi ut illa ferebat ætas, nullam ſermonis calebant facundiã atq; elegantiam, & ut uno dicam uerbo, non græcè non latinè, ſed ut in ſiluis enutriti loquebantur, Ita ut bona quidem ac ſancta rudé nimis, inepte, & indiſcrete alijs ſua cõmunicabant; Contra his infœlicioribus ſuccedentibus annis, Qui præſentes modo ſunt doctores, artem quam profitentur quæ medendi rationem habet, loco philoſophiæ Galenum æmulantes, ad orandi artem ſtudium eorũq; ingenia prorſus conuerterẽ, ut modo mala perniciosa meliſluo ſermone cuncta referrant. Quo ornato modulatu, ueluti ſyrenarum cantu duo prima artis inſignia inſtrumẽta tam dulci cantu in maris profundum demerſere, animo reliquum abolendi, ut tandem ad ſilueſtrẽ primamq; medicam artem regreſſus efficiatur, ſi ſibi creditum permiſſumq; fuerit: Quæ ſi antiquo illo æuo admiſſa approbataq; fuerat,

Bona

Bona quidem ſibi debebatur excuſatio, quũ hæc artium cõmunis ſit proprietas, uidelicet de ſe ipsis met cõtinuo maiorem expectare perfectionem. Ego autem qui à longè prauam hanc fortunam ſiue tetrã calamitatem præuideram, miſertus hominum ſtrages, à medicorũ cœtu ad ſiluas non ſine lacrimis feceßi, aduertens, quòd contra tot monſtra non ſatis unus eram; Mox ad contemplationes, & nimirum altas me colegi, in quibus me ita habebo, ut diuina Maeſtas me inſpirabit. Primũ enim De prandio & cena, & De Vini natura, quibus examinata iã organa deinceps ſuccedent, mox De cœli materia, nec non De mẽte et intellectu opuſcula iã pridẽ inchoata in lucẽ Deo dãte ꝓdibunt. Verũ prius neceſſum fuiſſe arbitratus ſum, tantæ huic calamitati atq; anguſtiæ prouidere. Quam rem adeo piißimam ac opportunam exequtioni mandare ſtudens, omnes in ijs ſcribentes prius luſtrare uolui, in quorum numero multos doctos equidem uiros comperij, ſed Te doctiorem, & qui magis ſui eloquio ueritati (ſi uellet) nocere poſſet, uidi neminem. Quamobrem potius contra te mea ſpicula direxi, meosq; conatus tentaui, & non medius fidius pro æmulatione, innanisq; gloriæ cupiditate, ſed ob ueritatis amorem, & pietatis cauſam, tot malis humano generi ingruentibus: Quæ mea inquam ſpicula, quos ue conatus in hoc opuſculo redegi, quod ea ratione ad te ſponte mea nunc propria manu mitto, ut tu primum à meis dictis te defendere queas. Demum ut tu (ſalua inter nos amicitia) tuos pariter in me conatus exercere poſſis, ſciasq; tuas in me legitimas increpationes, & quidem acres, quæ me retificent, mihi longe gratiores futuras, quàm laudes illæ iniuſtæ ac comentitiæ quæ me perderent. Vale, & te ad maiorẽ fœlicitatem ſerues, ex MANTVA in die Sancti Martini Anno LVI.

Ludo. Pa. tibi deuotus.

CLARISSIMO INTER PHILOSOPHOS huiuscæ noſtræ ætatis facilè principi MARCHO ANTONIO GENOVAE LVDOVICVS PANIZZA bene agere.

Nulla profectò res in toto terrarum orbe, nullis ue cœlorum defluxibus unquam comperta fuit (quod ſciam) uir clariſſime, quę uehemẽtius, optatius uè, à quo uis entiũ genere deſideretur, quàm (ut triuiali uerbo utar) eſſe ipsũ, eiusq; cõſeruatio, & quò ad fieri poſſit, perduratio, & eò magis ubi id entis genus uita fruitur. At manifeſtius quidẽ, ſi huiu'modi ſenſibus illis, qui melioris ſint notæ cõgruat. longè uero ardentius, ſi ea uis animæ uerius, & perfectius intellectui coniuncta fuerit, Cuius ratione hui'modi animantium genus magnã quidem fœlicitatis partem attigiſſe arbitramur, quale inter omnia ſublunaria hominem aſſecutum fuiſſe nouimus. qui parte una inter bruta, parte alia inter deos immortales comprehenſus eſt, cum quibus affinitatem contraxiſſe cernimus. Neq; immerito dixim⁹, fœlicitatis à natura homini partem aduenisſe, nam in integrum dubio procul id fieri nequit, niſi etiam à nobis metipſis aliquod, & grande, interuenerit ſtudium, labor, & diligentia, quibus deinde plures ac uarii inſurgunt habitus, non raró factiui, per quos mortalium uita à compluribus incommodis defenditur, de quo genere illiberales, quas iurè mechanicas dicimus, conſiſtunt artes. demum actiui, qui ad mores ipſos ſpectant, quibus anima agreſtis primùm, ac nimium fera, mox cicur, mitis, benigna, ac uerè humana redditur. quibus etiam poſtremò ueluti per ordinem cuiusdam probè inſtructæ claſſis eminentiores, nobiliores uè, facilimè, ac leniter inſurgunt habitus, qui hominem ipſum adeò perficiunt, ac certo quo nam pacto methamorphoſicè (ut ſic dixiſſe liceat) in diuinitatis gradum transferant. Hac ita ratione compulſus, ne mihi ſimulquè aliis durationem, ac conſeruationem cupientibus deeſſe uiderer, ſuperioribus annis omnẽ dedi conatum, ut medentium incuria, ne dixerim inſcitia, aut potius perfidia, miſeri mortales, ſi non proprio eorum fato, plurimis ſaltem, & peſtiferis, ui non iugularentur erroribus. Inter quos ille unus eſt, lætalis maximè, quod in morborum princi-

piis à redundantiſſimis langoribus, mortem minitantibus, ne phas ſit, partẽ aliquam peccantis materiæ ſubtrahere, qua gratia parenti naturę ſub multitudine labenti (ô indignum facinus) omni poſt habita pietate, auxilium pręſtare nõ licebit, Quam ſanè rem, extra omnem prudentiam omnem què artem poſitam, ueluti impiam, execrabilem, & ab Hippo[is]. cæterorũ q̃ illuſtrium benè ſentientiũ mentibus alienam, meis olim uiribus deſtruxi. At in preſenti, mihi quod bono, infortunato tamen, agricolę accidit; qui poſtquàm plantã à qua ſuaues fructus in præmium ſui laboris iure optimo ſperare poterat, plantauerit, coluerit què, ſi mox eadem obortis ſentibus arreſcat, iam ſperato fine fruſtrabitur, niſi in extirpandis uepribus, noxiis què ſtolonibus iteratum laborem impendat, quando quidem multi alioquin uiri doctiſſimi, aduerſus hoc ſanctiſſimum preceptum, parcè ſcilicet purgandam in principio eſſe materiam inſurexerint, cauillos, ſophiſmata què ad humani generis perditionem adducentes (hac ita crudeli tempeſtate ferente) illud dumtaxat negantes, medium inter uerè crudum, & uere coctum, quę syncera ſunt inclu ſum, quod ullo pacto negari non poteſt, iuxta naturę ordinem ab uno extremo ad aliud le uertentis, minus què tam diuinæ artis inceſſu inſpecto, nec ſtabilibus ſapientũ decretis acquieſcendo. Quamobrem ne hactenus pro ueritate, ac mortalium commodo perme fruſtra laboratum fuerit, iterum ad labores, conatus q̃ meos regredi cogor. Sed quoniam tantę molis, ut potè ad publicum bonum ſpectantis pondus per graue eſt, meis q̃ uiribus impar longè exiſtat, ad doctiores me iudices contuli. Quibus tam arduam prouinciam maturè contemplandam obtuli. Horum autem numeroſum mihi delectum paraueram, quorum quidem pars hi ſunt præclari uiri, qui ad nos ſcripſere, quorum ſententiæ in opuſculi calce exiſtunt, qui longo habito certamine, & pluries inter nos reiterata pugna, in noſtras denique uenere partes, quas lites, quas uè controuerſias, ob nimiam proli xitatem omittere uolui. Non nulli uero in mundi graue iacturã, meiq; (ſic dixerim prauo quodam fato) periere, Conceperam deniq̃ excelſa Italiæ gymnaſia luſtrare. Verũ enim uero ſi academias illas omnes conſulere uoluiſſem, ratus quòd nimis pernicioſa (ut olim mihi contigit) temporis iactura ſuperuenire poſſet, quàm ingraueſcens ætas hęc mea non amplius pateretur, iccirco nunc ſecus agendum ſtatui. Dictorum ſcilicet iudicũ

auſpiciis

auſpiciis cõtentus, eorũ multiplici fretus doctrina, atq; eorũ iudicii grauitate, ſummaquè eorum conſcientiæ integritate, rupta nunc modo qualibet mora, opuſculum hoc prælo deſtinaui. Verum pro maiori & ueritatis, & cõmentarii huius noſtri tutela, ac patrocinio, has lucubraciunculas uolui tibi fœlix Genoua dicare. Cui tam & ſi totius ſacræ philoſophię uniuerſum propè negocium tutò demandatum fuerit, ita ut nõ mediocrem unicuiq; gentium admirationem, & uenerationem parias, medicæ tamen etiam facultatis ueluti magnus quidem Archiater, & patronus accedis, uolui inquam tibi uiro omnibus numeris præclaro, laborem hunc noſtrum conſacrare, atq; auram tuam conciliare, nempe ut ſi genus humanum te protectorem noſtrum ſentiat, maiori hercle cum ſpe cuſtoditum ac ſe optimè protectũ putabit. Tu enim illud numen es, quo ſæcla hęc (licet bellicis tumultibus perturbata) ſuperbientia tamen, adhuc fœlicia dici poſſunt, His itaq; fauſtibus, melioribus amicis quos habere uideor, quin etiam eflagitantibus inſtantibusq;, in lucem opuſculum hoc noſtrum tandem prodeat. Hoc tamen prius monito, quod tam & ſi multa ſint, quę unicuiq; operi pręmitti ſoleant, ea tamen omittere (& conſulto quidem) decreui, quũ huiuſmodi quęſitum, principale noſtrum non ſit commentarium, ſed illius iam prius æditi, quaſi clypeus eiusq; imago exiſtat. Ad quod ſanè opus præcedens non iam illotis manibus acceſſeram, proinde in illis ſeruandis intentionibus, me ei remitto, Dicendorũ tamen nunc minimè ordinem ommittens, minusq; negligens, ne fortaſſis in tui, ac legentium mentibus confuſio exoriatur. Ideo ſatis in præſenti mihi ſit hoc dicere. Quòd minorantis euacuationis maximam intendimus neceſſitatem oſtendere. Circa quod utiq; inſtitutum, ita rem exequtioni mandare curabimus, ut ex Hippocratis corde ſumptam rationem, atq; coruptę interprætationis errores monſtrabimus. Poſthac diuerſorum ſentientium obiectiones, noſtræq; opinionis impugnationes afferemus, deinde fundamenta noſtra, illis coràm hominibus, qui doctrina, atq; animi dotibus ſplendent, adducemus. Poſtremò uniuerſa contra nos excitata argumenta pro uirium noſtrarũ tenore, ſoluere tentabimus. Quibus noſtris his dictis imperauimus, (& impenſè quidem) ut claritati ingenii tui, quin etiam doctrinę, quibus ea tueri habent, ſeſe ſubiiciant. Vale, & ut mutuo amore me ames, dii faxint, Iterumq; Vale.

LVDOVICI PANIZZAE DE PARCA euacuatione in morborum principiis facienda Diſputatio. Atquè præcedentis commentarii Defenſio.

TRACTATVS

CAP. primũ: Hippocratis ueram afferens ſententiam.

am & ſi in huiusmodi noua lucubratione ędificanda, ac ſolidè firmanda de minoratione, multis præſertim hinc inde collectis authoritatibus, quas curioſi quidam nobis attulere, uarias me hercle rationes adducere potuiſſem, attamẽ his omnibus omiſſis, quasdam duntaxat exofficina noſtra euigilatas facere intendo, quas ideo eſſentiales & demonſtratiuas uocaui, quòd ex Hippocratis penetralibus extrhactæ fuerint, Quamobrem ſi non demonſtrationes ſimpliciter, ad Hippocraticũ ſaltem hominem eas eſſe dicemus. Et enim uideo in naturæ rebus (ut iam ſatis ſuperq; per nos in principali opuſculo noſtro probatũ fuit) triplicem humorum exiſtere naturam, crudorum ſimpliciter, coctorum ſimpliciter, quæ ſanè ueluti extrema exiſtunt, inter quę dubio procul ut medium tertia includitur natura, quæ partim cruda, partim cocta ſenſu percipitur, ſiue hoc gradualiter ad formam relatum ſit, uel ad materiam, quo ad eius ſubſtantiæ partes, uel ſubſtantiæ modũ, ſiue omnibus intelligatur modis. Qui uero hoc negauerit, ei nimirũ relicta eſt pæna, ut in topicis dicit Ariſt. Quæ tertia inquam natura, uno uel altero capi poteſt modo, puta non cocta, aut non cruda, paria enim ſunt, atq; horum utrũ uis accipi quidem poteſt; Sed quęſo id accipiamus nomen, quod Hippocrates in aphoriſmo .xxii. primæ ſectionis ſibi ſponte elegit, quum dicit, ☾ mouere non cruda ☽ poterat etiam dicere, mouere non cocta, at ſtemus in hoc ſuo non crudo, quę illa eſt tertia natura, quæ medius fidius ut plurimùm in morborum principiis reperitur, vt clarè inferius in proprio oſtendemus loco, ex quo in ibi in vigeſimo ſecundo primę ſectionis, duo euacuationis genera tantùm ipſe docere intendit, unum, quod in vniuerſum eſt, & totius exiſtit, et hinc vniuerſalis quidem purgatio dicitur, alterum uero, quod partium tantùm ſit, & particularis dicitur, primũ Hippocrates innuit per mederi, ſecundũ uerò per

uerò per ipſum mouere, Poſſumusq; ſic dicere, duos eſſe euacuandi modos, unum qui fit cum mederi, alterũ uerò cum mouere, Sed quia euacuatio ad euacuabile referri habet, ſuum erat munus ne dum euacuationes, ſed & euacuabilia recenſere, ſiue contra potius maluerit Hippocrates, videlicet euacuabiliũ genera, & ex conſequio, etiam duo euacuationum genera ſibi proportione correſpondentia pertractare, in præſenti hoc mihi curæ non eſt, modici enim ponderis hoc uel illud eſt, ex quo ad idem omnino concurſus fit, Dicamus ergo, euacuabile cui mederi pro uniuerſa euacuatione reſpondet, coctũ eſſe & ſyncerũ, uniuerſas coctas habens partes, ſicut eius contrarium ſyncerum crudum, nullas habet coctas partes, proinde ſicut coctum undequaq; euacuabile, contra crudũ undequaq; in euacuabile exiſtit; et id crudũ ſimpliciter exiſtit. At euacuabile illud, cui moueri pro particulari euacuatione conuenit, non iam crudum, non iam coctum, ſed ipſum non crudum certò eſſe teſtamur, partes nedum graduales, ſed quantitatiuas, aliquas habens coctas, aliquas crudas, qua ratione dicit Hippocrates, ☾moue☽, ideſt partes coctas tolle, ratione quarũ dicitur non crudum, ut reliquas non coctas natura melius coquat, de quibus ita non crudis poſt modũ in .xxix. ſecundæ ſectionis intelligit, inquiens, In choantibus morbis, ſi quid uidetur mouendum, moue, eo ſcilicet intelligendo modo, ut in opuſculo principali diximus, & non ut perperã illam Galenus exponit partem, ☾ſi tibi uidetur☽ mihi ſui parcant manes, ad eum autem me remitto locum, in quo proprias adduxi rationes, quamobrem (ni fallor) apud æquos iudices excuſandus uenio, et enim licet tanti Magiſtri authoritas per magna ſit, quę tamen rationis eſt, longè quidem maior exiſtit. Sed ut ad rem ueniam. Dico, iam omni deuicto reſpectu, duo dum taxat eſſe euacuabilium genera, quę tum naturę, tum artis munere fieri cernimus, uidelicet coctum ipſum, quod in morborũ fine euacuatur, alterum uerò non crudum, quod in eorum principiis minoratione educitur, Enimuero ſi per initia morborum, hac, uel illa motrice cauſa, nos paſſim, & leniter re ipſa euacuari uidemus, Cur? cur? igitur non dicimus q; humor in principio euacuari poſſit? Et ſic cur dialecticè non dicemus, quod huiusmodi humor in principio euacuabilis eſt? et nos medicè agentes ipſũ euacuari in dies uidemus. Ergo euacuabilis. Itẽ ſi is humor in principio exiſtit, ergo nõ coctus eſt,

quia

quia coctus ſimpliciter in fine ſolùm reperit, parte altera ex quo ad ſenſũ euacuatur, ſaltẽ ſecundùm partẽ, ergo non iam crudus eſt, ſi euacuat, ſi modo nõ coctus, ſi nõ crudus eſt, ergo more Hippocratis uerè uocandus eſt, non crudus, Sed quũ hoc entis genus, ſic nõ crudũ uocatũ, in duplici quidem adhuc differentia reperiri poſſit, illas Hippocrates de eo nõ crudo oſtendit, quoniam eſſe poteſt quietũ, & id eſt quod ſecundũ plurimũ nobis occurit, ut ipsũ Ariſtotelicè dicamus, ſic eſſe ſecundùm naturam, aliud uerò non crudũ, inquietum eſſe poteſt, quod Hippocraticè loquendo, rarũ, & ſecundùm multũ non eſt. Si primũ, illud eſt, quod Hippocrates conſentit, ut in principio euacuetur, at non uniuerſali euacuatione, ſed ſecundùm partem dumtaxat, Si uerò in quietũ fuerit (aiunt) furioſũ, id ut coctũ, uniuerſali ſcilicet euacuatione euacuandũ: quod in primo nõ crudo quieto, Hippocrates non concederet, ſed abhorret, quòd huiusmodi nõ crudũ quietũ, ſecundũ totũ euacuetur. de ipſis uerò crudis ſimpliciter humoribus, Hippocrates de euacuationibus, & de euacuabilibus loquens, nullũ prorſus uerbũ facit, ut perperam dicunt literam legentes, uidelicet, Cruda non, ut manifeſtũ eſt. Ex quo huiusmodi cruda ſimpliciter, nullo euacuationis genere euacuabilia exiſtunt, quicquid aliqui parùm cõſiderati, ſuis in quibusdã imaginatis caſibus ſecus dicere audeant, ut infra uidebimus. Iccirco Hippocrates de his nullũ facit uerbũ, ut poté ſuo propoſito non deſeruientibus, ideo iurè eos in prędicto aphorismo reliquit. Et hic (ni fallor) fuit Hippocratis ueriſſimus ſenſus.

CAP. Secundum: De praua aliorum expoſitione.

V erùm hic quidam parùm prudentes nobis immeritò aduerſantur, qui quũ (ut diximus) naturæ in eeſſũ nõ probè inſpiciant, tertiam naturam impudenter negant; atq; aphoriſmũ illũ .xxii. primæ ſectionis, plurima quidẽ correctione indigere dicunt, ſicq; legendũ eſſe præſumunt, videlicet, Concocta medicari & mouere, Cruda non, Ideſt, non medearis, nec moueas huiusmodi cruda, Neque in principiis, niſi materia ſit furioſa, uolunt enim illũ firmantem punctũ, interpoſitũ inter mouere & mederi, ſecundũ græcam literam ita interpoſitum, illis utrisquę poſt poni, quo utraquę collectim coctis affirmatiuè

cõueniãt

conueniant, & collectim crudis utraquè non conueniant, ut illud, Et, nec his, nec illis copullationis munere fungatur, ut nullo pacto inter diuersa copulare habeat, quinimo potius expositiuè unigenea coniungat, & hęc ipsorũ est interpretatio, quę nisi coctũ & crudũ admittit, quibus utrisq; humorũ generibus hæc sic repetita uerba applicat, sed diuersimodè, ut potè quod cocta medenda & mouenda sint, affirmatiuè accepta, cruda verò cõtra, negatiuè pariter accepta, videlicet quod nec medenda, nec mouenda. Cui sanè propositioni sic intellectæ, necessario utiq; consequitur, quòd si uerũ esset, & quod in principio nullũ entis genus aliud esset, quàm crudũ simpliciter, utiq; nunquam aliquo euacuationis genere euacuandum esset. Et malo consilio Hippocrates euacuandi tunc, siue parcè, siue copiosè, licentiam nobis dedisset.

CAP. Tertiũ: Pro reprobatione huiuscę falsæ opinionis.

h Ęc nimirũ ita dicta positio, non modicos (ut reor) defectus complectitur, in primis contra mores ac aphoristicæ phrasis formam summa breuitate utentis agere uidetur, quum intelligi uelit, quòd concocta ipsa medẽda & mouenda sint. Pręterea insulsè, ac peruersè nimis id fieret, quia sic minus ac strictius à latiori, & ampliori limitaretur, vbi cõtra prorsus agendũ sit, scilicet quòd mouenda & medenda, in quibus est motus & medicatio, prącedit enim motus, ut quid amplius, ipsam medicationem. Porrò secus agere, est contra Hippocratis Maiestatem. Amplius secus legunt hi uiri, quàm vnanimes græcam calentes linguam, faciant, & quàm ipsi hic conuertant, nempè omnes hunc contextũ de prędicato infinito affirmatiuam propositionem constituentes legunt, ut negatio quidem non supra verbũ, sed prędicatũ influat: Quod quũ sic priuatiuũ nomen existat, puta non crudũ, cruditatis ipsius quippè naturam negat, atq; mox aliam inducit, videlicet non crudam, quamuis ea cocta non sit, quam aduersatores non uiderunt, aut uidere noluerunt, crudũ & coctũ solũ modo admittentes. Id quod eos philosophiæ limites ac ipsius motus essentiam ac conditiones non cognouisse declarat, quamobrem ipsius Hippocratis negatione abutuntur, sicut enim eam ipse nomini imponit, ut tertiam illam nobis naturam

turam monſtret, affirmatiuam faciens propoſitionem, contra hi eam verbo coaptant, ut ipſam omnino negent, & fit ut, præter hoc quòd literam corrumpant, ornatum etiam deturpant, quandoquidem nec barbarus, nec græcus, quantò minus latinus, qui in negatiuis propoſitionibus negationem ipſam uerbo poſt ponat. Item Hippocratis ſenſū demoliuntur, & enim ſi ita legeretur, & ex conſequio huiusmodi tertia non daretur natura, tunc Hippocrates in eius verbis ſuam faciens exceptiuam, illam equidem efficere non valeret, & tunc ut mente commotus tantus author loqueretur. hoc autem luce clarius apparebit, vbi exceptiuarū leges noſtris ſubiicianus oculis, videlicet quòd excipiens & exceptū in omnibus prorſus conueniant, præter quàm in eo, in quo fit exceptio. Tria igitur iſthæc inueniantur, & clarū eſt, quod exceptū hic ſunt furioſa, illud uero in quo fit exceptio, eſt mederi ſecundū totū, ſupereſt modo inuenire à quo ipſa facienda ſit exceptio. at vbi tantū duo illa inueniantur extrema, videlicet coctū ſimpliciter, eodem modo crudū ſimpliciter, ab horū altero exceptiuam facere neceſſum erit. ſed quoniam ab iſtorum ullo (ut oſtendam) deniq; haud effici poſſit, Hippocrates (ut dixi) tanquam ſtolidus loqueretur, uel aliam oportet ad inuenire naturam, à qua mox exceptio cōmodè, & ſapienter quidem, fieri poſſit. Et in primis patet, quòd non à coctis furioſa excipi poſſunt, nam ab eis in ipſo mederi nō differunt. quinimo in hoc ſummè conueniunt, nam vtraq; funditus ſecundum totū ſunt medenda, minus à crudis, hoc licebit, quoniam cruda ſimpliciter, & ea quę furioſa ſunt, in nullis prorſus conueniunt, furioſa enim per corpus ſpontè nullo ſeruato ordine, ſed tumultuariè, mouentur. et cum eius ſalute ſtatim educi poſſunt. At crudū ipsū, nec ſpontè, nec arte uehi contingit, & niſi magno cū uitæ diſcrimine tentari poteſt, quinimo adeò inter ſe diſcrepant, ut nec in humoris natura, & diſſinitione conueniant, & enim humor, fluxibile quoddā corpus eſt, at crudū, vel nimia craſsitie, aut lentore, aut tenuitate nimia imbibente ſeu impingente, trahi quidem non poteſt, proinde nulla prorſus tangendum purgatione, ſed dum taxat coquendum. ergo nec à crudo id fieri datū eſt. Quum autem per hos aduerſatores tertia quidem nequaquam ſuperſit natura, Hippocrates ſuam uolens facere exceptiuam, à quo eam facere volet, non herclè haberet. Hęc igitur exceptiua illa eſt, quę nos magis de

ueritate,

ueritate, & de Hippocratis corde certificat. Volens enim ipſe cruda inquieta quę furioſa ſunt exceptuare, quũ à coctis hoc facere nõ poſſit, minusq; à crudis ipſis, quę nec ſecundùm totum, nec ſecundùm partẽ euacuari poſſunt, oportet aliam adinuenire naturã, quæ re vera euacuari poſſit ſecundùm partem, & non ſecundùm totũ, quæ ſane tertia natura, ſi ſe partiali euacuationi facilem præſtat, vniuerſali non ſe pręberet, niſi difficulter aut impoſſibiliter. Ergo certi ſumus de Hippocratis mente, & de iſtorũ crimine, qui literam ipſius corruperunt, vt eam in eorum ſententiam traherent, & ita mitra illa, qua redimitus fuit Baldus (vt ipſe dicit) ob legis corruptionem coronandi eſſent, non quia aurum vt ille, ſed uitam hominum iis ſurripiant. Ab iis ergo ſolis non crudis, cum quibus furioſa communicant, excipi quidem poteſt, quia illa ſi non ſecundùm totum euacuantur, ad minus ſecundùm partem euacuari poſſunt, & ſic perbellè exceptio inſurgit. Præterea obiectio contra nos excitata, aduerſus ipſos met authores reuertitur. Dicunt enim, ex quo duæ in litera ſunt negationes, quum autem prima neget, ſecundę quidem nihil relictum eſt, quod ipſa rurſus negare habeat. Profectò horum dubitatio, pro nobis contra eos validè pugnat, quamobrẽ huiusmodi interprætatio ſuo met perit gladio. Sed de hoc infra.

Hic quidam malè periti in vallo circunducti, quum quid reſponderent, non haberent, pulchrũ quoddam medius fidius dixere. Audite quęſo quid de tam diuino homine deblatrarint, & quid fœdũ, & indignũ de eo prædicent. Inquiunt enim, nõ mirum eſſe ſi minus quàm congruè exceptiuam Hippocrates fecerit, Logices expers quũ fuerit. Sententiam me herclè vanam, ac futilem, cuius oppoſitũ ex Ariſtotele multisq; aliis antiquis colligi poteſt. Nempè ubi tantus author in artificiali defeciſſet, (prudentiſſimus omniũ quũ fuerit) cum naturali ſaltem dialectica id herclè egiſſet, vt admirandus ille Ioan: Scotus in ſuo de ſignificandi modis libro dixit, quòd Hippocrates cum naturali logica, longè plus aliis cum artificiali agentibus, concinnè diſeruit. idcirco uiri ii non modicam ei inferunt iniuriam. At nos in vniuerſum græcorum linguam ſeruantes, Hippocratis ſententiam colentes, id affirmamus, quod ab auſpicatu diximus, Tres ſiquidem exiſtere naturas, id quod ſenſu & ratione omnino fateri oportet, vt denuò ex philoſophię fundamentis infra enixè probabimus, & ex conſequio eastè pręclarum hunc

authorem

authorẽ & nouiſſe, & voluiſſe veriſimile eſt. Nã ſi quis piã ipsũ in logica, prauo quodã ſpiritu, rudẽ eſſe iudicauerit, & in philoſophiæ ſtudiis eodẽ inurreretur ſigillo, vtiq; ſic nimis turpiter cũ tã graui authore actũ fuiſſet, vt nec dialectices, nec philoſophiæ cõpos eſſet. Abſit de eo tã malè ſentire. Quamobrẽ illi iã dictæ hærentes ſententię, tertiã affirmamus humorũ naturã, quã Hippocrates ſub nomine nõ crudi appellauit, de qua (ut neceſſariũ erat) propriã etiã methodũ inſtruxit. dixerat enim ubiq; locorũ, cruda euacuatione cũ medicamẽto nullo modo tangenda eſſe; in aphoriſmo deinde illo .xxii. primę ſectionis, de generibus tũ euacuationũ, tũ euacuabiliũ pertractare uolẽs, cocta fũditus mederi præcipit, ideſt cũ uniuerſali euacuatione: ſupererat nõ minus de euacuabili, ſcilicet de nõ crudo agere, cui (ut diximus) exiſtenti ſecũdũ plus, particularis quidẽ correſpõdet euacuatio, & nõ uniuerſalis, quod ego eo præcisè modo intelligo, quo ibi ſaltẽ Galenus exponit, quãdoquidẽ eius incõſtãtia circa hoc quęſitũ nõ parũ mihi ſuſpecta eſt, ut inferius oſtẽdã; à qua nimirũ tertia hac natura Hippocrates ſuam inſtruit exceptiuã. Inquiẽs, ſi humor nõ crudus fuerit, moue illum, ideſt eius partem tolle, nõ autẽ ſupple medere, uidelicet nõ totũ uioléti pharmaco diuellas, ſicut nec totũ coctũ eſt: Demũ excipit dicẽs, niſi hic humor ita nõ crudus, ẽt ſit furioſus; eo nãq; caſu, vbi ſit nõ crudus & furioſus, nedũ mouẽdus eſt, ſed funditus euacuãdus; uterq; enim tam pure nõ crudus, quàm nõ crudus & furioſus, humores qdẽ sũt, & fluẽtes, pinde inter ſe plurimũ cõueniũt, quip euacuationẽ tẽtati ambo ueniũt, ſed in ipſo mederi, in quo ꝓprie exceptio ipſa cõſiſtit, ſic benè differũt; nã nõ crudũ & ſimul furioſũ, eſt ac ſi coctũ eſſet; ſed nõ crudũ purũ, omni furioſitate yacãs, euacuatione tãtum minorante mouẽdũ eſt. Sed quoniã aliquis forſan aduerſans ptinaciter dicere poſſet, quòd immo hoc nõ crudũ, ſaltẽ principio, quo tẽpore uirtus eſt fortis, poſſumus nos ne dũ mouere, ſed & mederi, ut Raſes facere quãdoq; viſus eſt, nempe de nõ crudis intelligẽs, (nolo enim de tãto authore piè magis arbitrari, quàm ſeuerè ei imponere, quòd cruda aliqua ſimpliciter, à principio fũditus euacuare maluerit, quidquid maiores noſtri ſecus de eo fortaſſis ſẽſerint.) Ideo huic ſic aduersãti Hippocrates rigido ueluti ſupcilio occurrẽs, alta uoce inquit. Neq; in principiis, ideſt hęc nõ cruda mederi nõ debes, neq; in principiis, ſed ea tãtũ moueas, niſi hęc non cruda etiã furioſa ſint, quia tũc pharmaco totũ euacuandũ eſt: Profecto

Hæc

Hæc ne dũ terminorũ, ſed rerũ ipſarũ recta quidem eſt intelligentia, & ſic Hippocratis mens non defraudatur, atq; ęgrotantiũ ſalus ſimulq; uita conciliatur. verũ hic lectores ęquiſſimi vnũ menti reuocare habetis, quòd is Hippocratis loquendi modus, pauxillũ durus eſt, (aphoriſticus quum ſit) cuius ſanæ texturæ phraſis, non eum quidem candorem habet, quo ea Galeni prolixa plurimùm ſplendet. At Burleus (vt olim dixi) huic optimè occurrit in intelligendis authoribus.

CAP. Quartũ: Aduerſas opiniones continens.

h

is ergo (ni fallor) probè declaratis, quãuis unicuiq; ſtudioſo ſatisfacere debuiſſent, nonnulli tamen contentioſi aduerſus nos inſurexere. quorum aliqui in Hippocratis litera praué intellecta, alii in Galeni uerbis nixũ fecere, neq; deffuerunt, qui in Auicenæ placitis ſe ſe fundauerint; Nouiſſimè uerò duo (& celebres quidem) doctores hanc ſubierunt paleſtram. qui tam & ſi in concluſione conueniant, in multis tamen inter ſe diſcrepant. Eorũ enim alter in propria inniti authoritate uidetur. Alius ueró (& ſapientius quidem) cuncta Galeni auſpiciis pronunciare intẽdit. Quibus ſanè omnibus pro uiribus ſigillatim ſatisfacere tẽtabimus, ne dũ pro ueritate, quam ſanctũ ac religioſum eſt prę honorare; ſed pro ipſamet pietate; ne tot impii & immaturi mortalibus medicorũ erroribus, interritus adueniant. Spero autem, quòd quũ aduerſatores ſuas à me ſolutas rationes ſapientũ & doctiſſimorũ virorũ iudicio uiderint, meas autem ſoluere ſe inpotẽtes prorſus liquidò inſpexerint, tandẽ randẽ reſcipiſcent, ſi rationis usũ habuerint, & ad veritatem reuocati, ſententiam fortaſſis in melius uertent, niſi efferato animo conſtituti, hominum uitas deuoueant. Qui autem primũ in Hippocratis litera pedem fixere, eã adducunt aphorismorũ primo, quòd raró in peracutis morborũ generibus in principiis pharmaco vtendũ ſit. at ſi ſic, vt aliquando, quinimo raró in acutis purgantibus medicamentis agendum ſit, quantò minus in chronicis? quonam igitur modo ad ſcientialem methodũ trahemus nos? inquiunt ii, nec ſibi, nec rectæ rationi, minusq; Hippocrati conſonare, loco preſertim allegato, & in libro de purgatoriis medicamentis, eo ſiquidem cap. quibus in morbis, quo uẽ tempore

exhibendũ ſit medicamentum, ad literam enim Dicit. In ualidis febribus medicamento non utendũ, niſi ad febris remiſſionem, ad .xiiii. usq; diem, interea admonens cũ clyſteribus id agendũ eſſe. Ab his ſanè locis, clara Hippocratis eſt ſententia, quòd in acutis morbis, minoratio cũ pharmaco, uel nunquã in principiis agenda eſt, uel raro, & in ualde acutis, niſi ad. xiiii. usq; diem. Verũ qui ſic dicunt, minorationem de mundo auferre intendentes, a Galeni quidem uerbis non parũ torquentur. præſertim aphoriſmorũ. ii. aphoriſmo .xxix. ubi aperto ore minorationem admittere uidetur, eam uolentis omnino fieri, quo melius, & celerius coctio ueniat, qui ut hunc declinent ictũ, pro clypeo ſibi unũ ſumpſere figmentum, dicentes, Galenũ nullo quidé modo huiusmodi minorationem cũ pharmaco, ſed cum ſanguinis miſſio ne dũtaxat fieri uoluiſſe. quæ nimirũ fuga, nulla eſt, atq; long è abeſt, quòd hoc de mente Hippocratis extiterit. quũ eo loci ipſe ab utrorũq; illorũ auxiliorũ ſpecificatione, ſe præcauerit. quũ maximè locus hic (ut aiunt) formalis ſit, non de exercito, ſed de actu dũtaxat ſignato. de qua nimirũ re, inferius maturè magis in deſtinato de hoc queſito, contemplabimur. atq; uidebimus, quàm non rectas, quàm uoluntarius, ac tumultuariè ſermo ille dictus eſt, quòd minoratio ab Hippocrate diffamata, per ſanguinis miſſionẽ tantũ & intelligenda, & facienda ſit. minimè uerò purgatione. quod à ratione ſemotum eſſe nedum multis rationibus, ſed ex Galeni propria mente comprobabimus, ipſo minorationem in coctionem ordinante, & non contra. Quam rẽ Auicena primi quarta ex alto ſpeculans, inquit. Quũ materia ebulientis fuerit naturę, uenę ſectio dimittenda eſt, cuius irreprehenſibilẽ causã adducit, quam ab eo uidendam relinquo. Nolunt ergo Hippocratis moti authoritate, minorationem pharmacis in morborũ principio faciendam eſſe, ſed phlobotomia. Addunt præterea rationem, quam indiſſolubilem putant, uidelicet cruda ineuacuabilia eſſe, atquè manifeſtum exiſtere, quę autem in principio ſint, cruda eſſe, animi communem conceptum exiſtere, nemo ambigit. Et ſic nullo modo euacuatio in principio tentanda. Atq; hęc ipſi inductione probant, quod ſanè referre, nimis moleſtum eſſet. Alii hoc idem Galeni authoritate, ex libro de morbi temporibus affirmant, ubi principium deſcribens, dicit. Multa ſanè de hoc diximus in primo de criſi, oſtendentes hoc primum tempus, quomodocunquè id

quiſpiam

quispiam cognouerit, erit eius ſumma cruditas. Et paulo infra Dicit. Humorum moleſtantium cruditatis tempus principiũ ponẽdũ eſt. vbi uerò coqui ceperint, initiũ finiri. Et aphorismorũ prima cõmẽto. xii. de ſignis morbũ inſequẽtibus loquẽs, inquit. Signa verò cruditatis, quũ primũ morbi principio ſtatim inuadunt, & nõnunquã poſterius apparent, ſicut & mortis. Quibus ex locis colligunt, Galenum velle principiũ finiri, quando coctio incipit. ergo ſemper erit crudus morbus, donec principii tempus eſt. quod & clarius patet, primo de criſi cap. ix. inquiens. Verũ autẽ uniuscuiusq; morbi principiũ, quod etiam partem ipſius eam diximus, usq; ad multos quaternarios extendi contingit, tunc enim principiũ finitur, quũ coctionis ſigna apparuerint. Et ibi etiam. Iam uerò de iis quę uidentur in principiis dicamus, id prius ad memoriam reuocantes, quod in reliquo ſermone qui ſequitur, duo ſignificata prætermittentes, & primi inſultus, qui ſine latitudine eſt, & alterum primę acceſſionis, de ſolo tertio diſeremus, videlicet cruditatis. Et in fine etiã eius dẽ capite. ix. ibi. Quòd verò Hippocrates vocet id tempus in quo omnino crudus eſt morbus, iam liquet. nam quũ antea dixiſſet, quòd cocta pharmaco purgare oportet, ſubdit, Cruda non, neq; in principiis, ac ſi principiũ exiſtat, quando crudus incoctusq; eſt morbus; quæ nimirũ formalia ſunt uerba. Hæc aduerſantes Galeni innixi uerbis. Ex quibus meã aduerſus opinionẽ colligunt, quod Galenus exponens aphoriſmi verba, de uere crudis, nõ autẽ de nõ crudis intellexit, ſecus enim intelligẽdo, videlicet Hippocratẽ de nõ uerè crudis intelligere uoluiſſe, minimè de verè crudis, de quibus re vera Galenus ipſe met ſolũ intelligebat, malè ſiquiũ in eius gratiã Hippocratis verba adduxiſſet. Item Galenus dicit, ac ſi principiũ ſit, quando crudus incoctusq; ſit morbus, non autem dicit non crudum, non coctum, quę illi tertiæ naturę a me dictę conueniſſent: præterea quũ dicat verbũ id, omnino crudus, apparet, quòd in morbi principio materia eſt adeo cruda, ut alicuius coctionis gradũ non habeat. Et quoniam aliquibus difficilimũ videtur, quòd ſit principiũ, & quòd in eo coctionis aliquod veſtigiũ reperiatur, parte altera, quòd Hippocrates in principio ſi non ſecundũ totũ, ad minus ſecundũ partem, euacuationem fieri concedat; Quapropter ueluti rem altius ſpeculantes, ſibi perſuaſere, principium non vnius prorſus eſſe rationis, diuidẽtes principiũ ipſũ, per immanifeſtũ & manifeſtũ,

ſiue alioquin dicentes, principiũ principians; quod Galenus primi inſultus ſine latitudine exiſtens, vocat. aliud uerò manifeſtum, notabilem habens latitudinem. Dicunt autem ipſi, quòd in principio illo immanifeſto, omnimoda eſt cruditas, & quòd in huiusmodi nulla prorſus euacuatio effici poſſit. ſed quòd in principio manifeſto, ex quo in eo materia adeo diſpoſita reperiri poteſt, ut partim cocta, partim cruda ſit, cuius ratione in huiuſmodi hercle principio euacuari quidẽ poſſit. quamobrẽ & ſi í primo fieri poſſe negent, in ſecundo quàm maximè admittunt, contra quam nimirum poſitionem, qui nobis aduerſantur, dicunt, quòd ybi materia ſic diſpoſita reperiretur, non ea quidem principii tempus atteſtaretur, quando potius id eſſet augumenti tẽpus. Addẽtes quòd in huiusmodi principii tẽpore, nullũ prorſus euacuationis genus conueniat, de quo inſigni errore inferius ex ſentẽtia loquemur. Superaddunt & hi nixũ aliũ, quem in Philoſophi placitis colligunt, quo videri poſſit, ſi in hoc principii tẽpore minoratio fieri poſſit. Dicunt inquam ſi Philoſopho creditur, quòd materię coctio, quę elixationis quoddã genus eſt, ut in re extrinſeca, in qua calor ita ſe habet, ut quantũ ex ſe ſit, quòd coquẽdo vniformiter agit, vt *dici* poſſit, partim cocta, partim nõ, quãdo ſcilicet calor *iã plurimũ* egit, redditaq; eſt aliquãtulũ tenerior (vt *ſic dicatur*) quia tactui magis cedens, pro vt in exemplo de carne in lebete, tunc enim dicitur partim cocta, cũ ignis eam alterauit, adeo ut non ſit ampliùs ita cruda, ut prius erat. ſit ergo dicunt carnis fruſtũ, uniuerſum à ui ignis alteratũ, non autẽ una portio cocta, & alia nõ. & ſi ad iſtũ ſenſũ intelligatur, dicunt, uis ne ergo quòd pars carnis è lebete extrahatur? Profectò ſi hoc concedatur, dicunt, non uidetur, quòd ſi portio, quin & totum educatur. quum de toto & parte eadem ſit ratio, concedunt tamen, quòd in carne, & in morbifica materia, diuerſitas aliqua fieri poſſit merito obiecti, & ignis citius coquentis unam ſibi appoſitę carnis portionem, uel pinguedinis ratione, vel alia ex quauis cauſa, cuiusmodi pars reliquis coctibilior erit, & idem naturalis calor in materiam æterogeneam agens, citius unam, quàm aliam coquet, cũ hoc tamen dicunt, portionem unam non poſſe prius coctam à morbi principio exiſtere, neq; adeo confectã reperiri, ut abſq; detrimento educi poſſit, licet ſit magis cocta, uel rectius, minus cruda cæteris. attamen admittunt etiã, quòd ſeu tota, ſeu portio materiæ expetentis coctionem in ſe & notabilem

tabilem quidem habeat, cũ hoc tamen per eos dubitatur, quòd minimè educi debeat, ratioq; dubii ex naturalibus functionibus, quæ nimirũ duę ſunt, concoctrix ſcilicet, & expultrix alia, & hæ inuicem ordinatę ſunt, vt una ſuum prius agere munus debeat, quàm alia eius obire poſſit opus, expultrix enim ad ſuũ nõ ſurgit, niſi concoctrix eius prius ſuũ obierit, non igitur expelli à natura vnquam poteſt, niſi prius humor coctus fuerit. Quod Auicena iiii. prima ia uidit, inquiens. Et quũ natura non mouet, moue tu, nõ enim natura regulariter operãdo quidquam expellere po teſt, niſi id prius coctũ, ſegregatũ iã fuerit, quod Galenus iii. de diebus decretoriis digito mõſtrauit. inquiens. Virtus quædã eſt alienorũ expultrix, ut in opere de facultatibus. Tantũ abeſt, ut his in locis colligi poſſit, ut principii tẽpore euacuatio conuenire poſſit, quo in tempore vix inchoata eſt coctio, quinimmo nec in augmento preſtare ualet; quo iã plurimũ natura circa materiæ coctionem laborare ſolet, quod Galenus declarat dicens. Natu ra ante perfectã coctionẽ nũquã cogebatur euacuationẽ amoliri, quod incõgruũ atq; malũ eſſe etiã aiebat, causã aſſignãs, quòd idonea ſimul cũ iis quę lędunt, ſecernuntur; quo in loco habetur, quòd à morbi principio, dato etiã quòd materia ſecundũ partem cocta ſit, nõ tamẽ quidpiã euacuãs exhibẽdũ eſt, ut coctã uisã par tẽ euacuemus, quũ crudę portioni adhuc imixta ſit, adeo ut eius modi pharmaco nõ tantũ cocta, ſed cruda educerẽtur, Si etenim natura, ui materię irritata, hoc agere nequit, ut ante coctionẽ ite grã noxiũ pellat, & reliquũ linquat, multo minus ars hoc facere ualet, quę non niſi naturę adminiculo operari poteſt. Quis ergo ſeparabit coctũ à crudo? noxium ab innoxio in huiusmodi phar maci exhibitione? nõ enim natura, ut conſtat, minimè pharmacũ, ergo ſimul educetur & hoc & illud, Idcirco nocumenta à Geleno adducta dubio ꝓcul euenient: Sunt prętera nõ nulli docti uiri Tuſci, qui me nõ leuiter redarguũt, eadẽ nõ minus ratione, vide licet, quòd quę in morborũ principiis perpetuò reperiuntur, in euacuabilia exiſtunt, quoniã cuncta cruda ſunt, atq; ſi nõ ſemper ſic ſit, adminus frequenter eiusmodi ſic exiſtunt, Qua ratione à me vnũ prolatũ verbũ vitio vertũt, quòd huiusmodi crudũ in euacuabile, quod nos alioquin crudũ ſimpliciter vocauimus, atq; monſtrũ in natura id eſſe diximus. Amplius & arguũt, quòd di xerim Auicenã, Galeno & Raſi aduerſari, dicentibus, tenuia & calida in principio euacuanda eſſe, apertè contradicere, nam in

putridaru in generali, Auicena Rasim damnās, inquit. Si vidisset Hippocratē & Galenū, hoc nō dixisset, ergo sic Auicena Rasi tā-tū cōtradiceret, & nō utrisque simul: Instant & ulterius, minus uerū esse quod dixerā, Auicenā forti & virtuoso medicamento à principio vtendū esse, præcepisse; quū tamen in de curatione putridarū febriū in generali, ipse manna alsyracost, Iulep, & huius-modi leuibus, quæ ventrē tantū leniunt, utatur; vel quòd ipse sibi ipsi nō cōstat. Vrgēt & me rursus, quòd Auicenā dixerim cū antiquis cōuenisse. Quo nā pacto id esse potest? inquiunt ii, quū ueteres nisi fortia deiolata habuerint medicamēta. Auicena verò felicioribus ortus tēporibus, benignis, cōsolatis, & plurimū naturę gratis, ac delicia parietibus, quibus nūc ars locupletata est, utatur.

His omnibus, præclari duo alii doctores postremò succesſere, Eorū autē unus opinionē (ut reor) à veritate alienā suppositis tribus quibusdā, totidēq; cōclusionibus, instruxit; duos deinde casus p difficultatis modū soluendos in mediū obtulit. & sic nihi nouū adhuc laborē parauit. Primū aūt ab eo suppositiū ueluti necessariū posuit de coctione, ante omnia cognoscēda, ad quā herclè rem, laxis nimium & plus iusto quidē habenis peruenit. Sequens verò ab eo suppositū fuit circa turgentis materię naturam, secundùm quam de ea habebat intelligentiā. Postremùm uerò de ipso morbi principio subdit plurimū esse cōsiderādū, de quo morbi tēpore tamquàm sibi peculiare asserit, quòd furiositatis signorū capax existat, aliorū uerò signorū ut coctionis & cæterarū minimè. Quibus ita per eū suppositis, tres ad Hippocratis mentē annectit conclusiones, primā itaq; proponit, quòd cruda quatenus cruda, & simpliciter, nunquam euacuanda nisi materia sit furiosa; cuius sanè primā partem à crudi definitione assumit, secundā ab Hippocratis litera, sequentē deinde cōclusionē ponit, videlicet quòd à principio nihil prorsus euacuandū, nisi furiosa extiterit materia, quoniam vbi furiositas longè absit, secundùm eum nihil est herclè quod ad euacuandū nos prouocet, quū multa potius contra sint, quæ nos ab euacuatione retrahant. Postremo ultimā subdit conclusionē, quòd in augmento securius euacuare possumus, quàm in principio, quandoquidē tunc & furiositatis, & aliorū signorū magis certi esse possumus. De statu verò tēpore nō ambigit, sed arduū quippe (videre suo) casū absoluendū proponit, vbi scilicet morbus in statu existat, simulq; furere incipiat, an scilicet tunc euacuandū, an potius sistendū? quē nodū ut difficilē)

ficilē aliis potius ſoluēdū reliquit. Addit & aliū per me vt ęnigma diſſoluendū casū. Inquit enim, quū in morbis triplex ſit plerūq; materia, videlicet cōiūcta primū, mox antecedens, circa quā natura nūdū egit, & ex cōſequio cruditate polleat, tertia deinde ſit, quę corrupta eſt, & quę ut plurimùm in peſtilētibus cōperitur. Quibus ſtātibus dubitat doctor is, an corpus tunc euacuandū ſit; Etenim inquit ſi nō euacuatur, corruptū ītus manet, ſi uerò euacuatur, ex quo illa quę antecedens eſt, nōdū cocta eſt materia, ergo crudum agitatur, & quę cruditatē inſequntur ſympthomata, ſtatim dubio procul parantur. Alius verò deinde doctor & eius amicus, cū quo partim conuenit & partim non, altius quidem rē hanc exorſus eſt, atq; nō leue pondus aſſūpſit. Omnes enim noſtri temporis recentiores doctores, qui in hac tā grādi tumultuariaue paleſtra, ſcilicet de Minoratione perquirenda, ſe ſe obtulere, manusq; inuicem conſeruere, ſummo cum ſtudio examinare propoſuit, atq; eos ad eius ſubtiliſſimam trutinam deducere ſtuduit, qua herclē omnes hactenus hallucinatos fuiſſe oſtendere conatus eſt. Opus ſanè omni laude ac immortalitate dignū, & ab omnibus plurima cum veneratione ſuſcipiendū, quum maximè cæcucientibus ſic in integrum lumen amiſſum magna herclē cum charitate reſtituere ſpondeat, Ego planè tam probis tam vtilibus promiſſis nō ſecus ac Diuus Auguſtinus allectus his fui. si magna paruis conferre licet. Olim enim Romam publicanus adiuerat, qui ut vniuerſum populum ad ſe attraheret atq; conciliaret, omnibus quod in corde habuiſſent, ſe illis detegere promiſit. Quod ſanè tam grande deſiderium vniuerſas quidem hominum cōditiones ad prędictū Auguſtinū beatum vsquè commouit. Qui denique toto iam congregato populo in eminentiori loco expoſitus, Dixit. Vos qui aliorum bona emere in corde habetis, uiliori nimirum precio aſſequi intenditis, contra verò vendentes, maximo quidem cum precio vendere ſtudetis. Quod Auguſtino nequaquam ſatisfacere potuit, eiq; dixit. Quantò melius fuiſſet, te dixiſſe. Omnes homines fœlicitatem appetere. Ego quoq; pariter commotus, huius tam celebris monumenta viri ſummo cū deſiderio contemplatus ſum, triaq; in eis (vt candidè loquar) precipuè adnotaui, morū elegantiam, benignitatem, doctrinā non vulgarē, quę triuialibus, medicis non ineſſe ſolet. poſtremò ſuauis ac plurimùm diſertus dicendi modus, qui per me non ſine delectatione adnotatus

Exam. oris laudes

notatus fuit, qui (ni fallor) omnes alios in hoc ſcribẽtes ſuperauit. quod aliorũ pace dictũ fuiſſe velim. Quo exquiſito cribro yniuerſos de eiusmodi negotio loquẽtes examinauit. Verũ quod mihi ſuo cum hoc examine, ac adeo ſplendenti lumine ſatisfacere non vſq; quaq; potuit, Id quidem eſt; quod dum lucem ſperabamus, ad obſcuros ſaltus, ſilueſtriaq; loca tenebris operta, nos deniq; perduxit. Qua ratione non emulatu, aut alio quouis deprauato habitu, ſed pro veritate ipſa, communi uẽ bono ſecum certare propoſui, licet eius, quæ iunioribus ineſſe ſolent, uires validæ exiſtant. Meæ uero contra, longa quadam diſſuetudine, ſeu potius ſenili ſegnitie imbecilles, vt ſenibus congruũt, exiſtunt. Eius igitur commentariũ percurram. Sed non undiquè quũ illud typis traditum paſſim uideri poſſit, ſed ea dumtaxat puncta, quæ animaduerſione digna apparuerint, ac mihi pro ueritatis excuſſione conducere uidebuntur, in medium adducam. Verũ quia ſi non iudicis prouinciam (ſolus quum ſit) ob eius modeſtiam, ac rei magnitudinem ſummere noluerit, ſed Examinatoris potius officium ipſius placito agere uoluit, iure ipſum ſub officii ſui titulo, Examinatorem uocabimus. Vt autem medulitus eius mentẽ contemplemur, ad illa quatuor quę ipſe in proſpectu habuit nos deueniemus. Primũ enim inſigniores adducit ſectas, deinde eas ad examẽ reuocat, tertio magno cũ nixu de coctionis natura ac eſſentia agit, inquiens de ea agendũ, ut eo ſine quo probè cognito, queſitũ hoc pręſens haud ſciri poteſt, in quo ſanè excogitato recentiores preſertim ultimi ii Doctores conueniunt, licet in coctionis diffinitione non modicè differant. Poſtremò difficultates ſibi obiectas ſoluere conatur. Quò autem ad horũ quatuor exequtionem, probat in primis ſecundũ primã uiam, quæ ſe Galenicam facit, In principio non euacuandum eſſe omnino, quoniam tunc materia cruda eſt; Et naturã ipſam tunc ſponte adminiculantẽ nõ habebimus, vt aphoriſmorũ prima Galenus dicit. Ergo tũ ex parte materię rebellis, tũ naturę nõ adminiculãtis, ĩ principio quidẽ immaturè euacuationẽ feſtinare nõ debemus. Ratio quidẽ euidens, & ſatis bene cõpoſita uidetur. Amplius quũ morbi in duplici ſint differentia, acuti quidam, alii chronici, acutos uerò in principio euacuari Hippocrates admittit, ſed ĩquit cũ phamacis raro, & etiã multa ſanè cũ pręmeditatione, uerũ in chronicis, ipſe. iiii. de ratione uictus in acutis dicit, expectare oportet. Et hoc ob ea ſympthomata, quę ibi dixit,

quę eo

quæ eo loci Galenus confirmat, & uniuersa medicorum schola proclamat. Addens Examinator cũ secta, acutos illos morbos in principio occurentes eos herclè intelligendos esse, qui turgẽt, quos tamen raros esse cũ Hippocrate confirmat Examinator, in cuius gratiam ego quoq; addo, quòd multò sanè rarius hi acuti morbi turgentes essent, si non ex coctis in principio (ut constat) minusq; ex non crudis resultarent, quia per eos huiusmodi non reperiuntur, proinde fieri nequaquam possent, nisi ex crudis simpliciter efficerentur, quod potius est impossibile, quàm quòd ex eis sit hoc raró contingens, vt dici possint morbi acuti turgentes ex crudis orti, & raró contingentes, quũ potius essent impossibiliter euenientes. casũ enim hunc tam raró venturũ puto, vt mirũ foret, si semel in anno Platonis magno eueniret, quòd turgens humor ex simpliciter crudo efficiatur, & quòd is prępa ratione prius egeat, ut euacuari queat, quum huic nec naturæ euentus neq; conceptus correspondeat, de hoc tamen infra uidebimus, quando Examinatoris placitũ considerabimus. Ratio autem adducta satis apparens videtur, vt si non purgandum in principio in chronicis, neq; in acutis, nisi in turgentibus, quæ raró sint, et de turgentibus, nisi quando corpus paratũ sit, & si sic, quæ nam quęso isthęc esset Hippocratis methodus? quod uè consiliũ? si exequtioni mandari non possit, nisi in eo magno anno semel? In hanc sententiam quoq; Auicenã trahere student, quam rem nunc lubens pertranseo, quando abundè in his quę ad pręclaros Tuscos pertinent, videbimus, atq; ipsorũ difficultates adductas absoluemus. Hactenus ergo ratione, & authoritate tũ Hippocratis, tũ Galeni, tũ Auicenæ, in principio non euacuandũ esse, satis probatũ fuisse apud eos creditur. Huic sectę Examinator aliã prorsus diametraliter contrariam opponit. quę sanè in vigesimo nono secundæ sectionis aphorismorũ est Hippocratis sententia. quo in loco Galenus etiam dicit. quũ ęgrũ speramus conualiturũ, tunc venæ sectio, & nonnunquam purgatio, quorũ neutrũ adhibendũ consistente morbo, quia tunc coctiones manifestæ fiunt, ut in libro de crisi, quę ut citius eueniant, melius est circa principia euacuare, quó minore iam facta materia, natura reliqum meliusconcoquat. qui hercle Galeni locus, illis prorsus contrarius est, qui nullo pacto Galenũ parcę euacuationi in principio cõsentire uolunt, atq; ex eorũ capite coctiones pręmittentes in principii tempore, euacuationem dũ-

Exam.or pro eodẽ habet acutos & turgentes morbos.

taxat

taxat poſtponunt, quũ tamen Galenus contra potius principii euacuationem, in coctionem (ut dixi) dirigere intendat, ut ea citius eueniat, ſecus illius cauſæ redditio ad propoſitũ nõ fuiſſet. Pro hac etiam parte longioribus verbis Auicenam adducit, qui ſanè in eius ſermone Hippocratẽ hoc innuiſſe, atq; hoc uoluiſſe apparet, uidelicet capitulo illo, in quo dicit .iiii. prima, quòd non mouendũ eſt aliquid propè ſtatũ, ſi huiusmodi non eſt digeſtum, niſi in principio, ſcilicet in quo humor crudus eſt, ea tamen cruditate, quam diximus, & dicemus, quæ ſcilicet euacuationem admittit; ſed non omni quidem euacuatione, ſed illa dũtaxat, quæ motione, ſeu aleuiatione fit; quamuis humor huiuſmodi cruditate affectus, poſt principiũ non mouendus, nec aliter amplius euacuandus (quod ego regulariter intelligo) ſed occupari, & non in alio uerſari, quàm in coctione & euacuatione; quod intelligo etiàm non pro mederi, ſed pro uiarũ mundificatione. Ex quo apparet, quòd Auicena hoc in loco humoris crudi & indigeſti euacuationem admittit, ſed non in quocunq; tempore, neq; cũ quacunq; euacuatione, quia non in alio quàm in principio, nec alio euacuationis genere, quàm ſecundùm partem, minimè ſecundũ totum, ſub hoc alleuiationis nomine, Hippocratis uerbũ inſimulans, dicentis, *Si* quid uidetur mouendũ, moue. dico non totius, niſi materia ſit furioſa; hanc enim exceptiuam de furioſis de ſuo Hippocrates apponit; ſed Auicena de eius ſolertia aliam unam addit, de non furioſis, ſed de quietis, multis tamen humoribus, & ultra principiũ exiſtentibus, uidelicet quũ humoris ſupra naturam uictoriam nos timuerimus, ut rurſus euacuare cogamur, quod ſanè non regulari, ſed coactę curationi potius aſcribẽdũ. His hactenus extremis adductis opinionibus, Examinator eas ad ipſius cribrũ reducit, in quo illã primũ ſuſcipit eorũ opinionẽ, qui poſtpoſito morbi principio ꝓ meliori augmẽti tẽpore euacuare eligũt, de quibus fuerat ipſius ſocius, & amicus ille ſuus de quo infra. quod ſanè dictũ inſectari uelle, mihi ſtultius uidetur, quàm deſpicere. Quis enim bonæ mentis, & quis uir frugi eſt, qui uirtutem per ſe ualentiorem eſſe principio non arbitrabitur? & magis quàm in reliquis ſubſequentibus temporibus, in quibus morbi inſultibus uexata nimirũ flaceſſit, & potiſſimũ, quando ſummam quietem agere oporteat, ut .iiii. de ratione uictus in acutis præcipit Hippocrates? quam ſanè tẽ Galenus inibi laxioribus pertractat habenis. quod aduertens

Auicena,

Auicena, ea prę inducta dixit verba, ſcilicet poſt principium, in alio non verſari, quàm in coctione, Et ſi aliquam tamen euacutionem coctioni ipſi etiam annectere uideatur, eo intelligendũ eſt modo, ut infra in eundem exponendo authorem, dicemus. At quis á me fortaſſis inquiret, Si ęgrotans per incuriam, aut impotentiam in morbi principio euacuare omiſerit, eo ſic tranſacto tempore, an ab huiusmodi euacuationis munere ſuperſedendũ ſit? an potius p certiori ſalute omnino id opus tentandũ? Cui & alia annecti poteſt queſtio, uidelicet ſuppoſito (ut mihi frequenter contigit) quòd à principio facta fuerit intenta minoratio, ſed ob multitudinem adhuc repertam, aut aliquam detectam malitiam, aut ob commiſſũ errorem, unde fortaſſis longè maior quàm prius, increbuerit timor, an inquam rurſus ante ſtatũ tentanda ſit euacuatio? Verũ de hoc inferius dicemus, quũ Auicenæ textũ interpretabimur. Pro nunc autem ſatis nobis ſit hoc pro rato habere, quod in Hippocratis mandatis relictũ ſit. quòd in morbi pincipio euacuandum ſit, licet Galenus uarius atquè (ut ſic dixerim) amphiuius diuerſis in locis hac in re uiſus eſt. Nos uerò ad Hippocratis aram perducti, dicimus, ita illud principii tempus euacuationi congruũ, ſicut quod augmenti eſt coctioni idoneum, exiſtit. Ideo laudandus in hoc eſt Examinator, quòd eius comitem dimiſerit, licet ille plurimùm ſe in hoc excuſauerit, non aliena, ſed propria uti ſententia, quod creditu dignum, quum magnam artis oſtendat imperitiam.

Hactenus poſt quàm Examinator hos diſcolos ac parùm ſciẽ loquentes impugnauit, Mox illud arduũ ac durũ opus aggreditur de principii ſcilicet euacuatione examinare, an bonũ, rectũ uè ſit in eo purgare. Atq; Galeni Authoritate. ii. prorethici eam deteſtari omnino intendit. Dicit enim. Nempe in quo morbo aluus profluens ſine quidem coctionis ſignis, quæ ſæpius audiuiſtis, nil iuuat. Quod Hippocrates in de uulgaribus morbis confirmauerat. inquiens. Quæ uiolenta erant, ſtatim opprimebant, uel nihil proderant. addens Galenus, qui à coctionis difficultate à crudorũ humorũ copia procedunt morbi, nullum ab excretionibus conſequuntur emolumentum. Quid igitur quęſo inquit Examinator ab iis immaturis euacuationibus ſperandũ? quũ potius detrimentũ ſuſcipiatur? Admiraturq; quo plus ipſe poteſt, & quo plus ſuum in hoc extendit examen, de tam graui (ut inquit) facinore, quod impium ſanè uerbum eſt, quũ

præceptum

præceptum hoc ab Hippocrate à quo nil facinoroſi unquam prodiit, emanauerit. ſubdens nil aliud reſultare videri, quàm naturam irritare, ut prẽter occaſionem, & ante tempus morbũ diiudicet, & ſic idonea ſimul cum his quæ lędunt, excernantur, id quod ait incitata natura, ab iis quæ intus ſunt, vel ab exterio re ſcilicet pharmaco ui attrahente, euenit. Quos ſic opinantes Galenus tertio de decretoriis diebus reprehendit. Et quoniam minorantes, quò eorum ſalubrem opinionem tueri poſſint, con grua admodum methaphora ab animali nimio onere preſſo ac cepta, ſe muniunt, quòd ponderis leuata parte, reliqum me lius ferat; contra Examinator cum eis qui ſuæ claſſis exiſtunt, Galeni pariter oppoſitas methaphoras ad illam præinductam oppoſitam infringendam ſuaſionẽ adducit, ut potè, quòd aliqui non raro uolentes impoſitũ ſibi onus deponere, ſimul cũ eo ſępius corruunt. Item pugnans imparatus dimicans frequenter uinci tur, qui alioquin antea ſi paratus fuiſſet, dubio procul uiciſſet. Itaq; doctor hic, ne dum infructuoſas euacuationes augmenti, ſed & ſtatus, in quibus ſanè coctiones altius potius celebrandæ eſſent, demolitur. quinimmo extra ſanũ conſiliũ (ni fallor) il las quoq;, quæ Hippocratis optimo conſilio tentandæ eſſent, improbè momordit: *Et ne dũ hoc cũ rationibus*, ſed quaſi con tentioſè ac per *risũ*, ſeu potius (vt ſic dixerim) perfidioſè inſe ctatur (O res mira) à Galeno contra tantũ eius prẽceptorem tentata, vt illum iniuſtè retunderet. Nempe ut officioſi hominis eſt, meũ quippe hic munus eſſet, tantę huic rei obuiare; atta men ne diſputatio preſens nimium differatur, hanc rem propè operis calcem differemus. Ad noſtrum autem reddiens, Dico, quòd intempeſtiuã principii euacuationem (quæq; ea ſit) Exa minator deteſtatur, ex quo ſigna cõcoctionis anticipat, prauũ q; bono miſceat, nondumq; medicus præſciat, in quem natura ter minũ humorem deſtinet. Neq; ego ipſum reprehendo, quòd Empiricos feſtinantes de more ſine vlla ratione euacuantes, vt ſe ipſos ęgrotantibus ſollicitos aliquid facientes oſtendant, inſecte tur, quinimmo eum hac in re plurimùm commendo. Sed ab eo longè diſto, in hoc preſertim, quòd omnem euacuationem, quæ de morbi materia partem in principio ſaltem tollat & euacuet, auferre & impensè quidem uelit. Huic certè rei meus non arridet animus, prẽter hoc quòd mecum non eſt aduerſari (nõ enim tan ti ſum, ut adeo grandis rei inuentor ſim) ſed eſt cum diuo Hip

pocrate

pocrate manus conferre, qui vt ſtrenuus Imperator, cuncta in ordine ad pugnam præordinat, ita ipſe in ordine ad morbi ſtatũ ordinat; Vt enim miles, quò victoriam conſequatur, hoſtiũ partem primũ debellare ſatagit, ita quidem Hippocrates ante omnia euacuationem fieri præcipit, nam ſic dubio procul ſalus manifeſtius paratur; Quamobrem huiusmodi Hippocratis conſiliũ ſanctũ eſt, ſicut contra Empiricorũ execrabile exiſtit. Poſtquàm autem Examinator duas has primas ſectas debellaſſe arbitratus eſt, Poſtremam adhuc vltra confinia deinde eiicere ſtudet. Quæ inquit eſt, quòd nulla quidem materia cuiuscunq; fuerit morbi, in principio euacuanda eſt, niſi turgeat. Contra quam Hippocratis textũ obiicit. i i. de ratione victus in acutis, ubi uult quòd deſcendente dolore ad coſtas inferiores, veratro nigro, & peplio uentrem molire debeamus. Quam ſanè poſitionem, uti irrationalem ſatis aperte refundit, ut ab eo eſt videre. Verũ non prætereo Tres hic eminere ſcopulos, primus eſt, quia dicit ſecta, quòd in nullo morbo materia euacuanda ſit in principio, niſi turgeat. Vt autem Examinator hoc reprobet Hippocratis textũ adducit, in quo ipſe à principio forti cũ medicamine euacuat, veluti de nõ turgente materia. Profectò locus hic difficultatis expers nõ eſt, nam ſi huiusmodi materia turgeret, inſtantia nulla fuiſſet, neq; eam ad propoſitum adduxiſſet, ex quo illi admittunt, turgentem materiam à principio euacuari poſſe; ſi uerò non turget, locus adductus ne dũ opprimit ſectã, ſed & ipſum met Examinatorem, non admittentem principii euacuationem, niſi in turgentibus. Neſcio quo nam pacto ipſe ſectæ aduerſari uelit. ſi ſecũ in opinione concurrit. Durus hic locus mihi uisus fui. Sic enim (ut patet) Hippocrates cõtradiceret & ſectę & Examinatori. Perplexus mihi admodũ hac in re videtur. Malè q; certè uideo ipsũ ſcire, quo nam pacto turgentia pleuritidem inſequatur; Qui herclè ſecundus eſt ſcopulus. Quũ autem hoc ab Examinatore habere non poſſimus, Dicamus nos. Turgentiam pleuritidẽ eſſentialiter nequaquã inſequi, ex quo ipſa de his eſt quorũ multa nõ ſunt talia. Eapropter turgẽtia ſecundũ Hippocratẽ nõ de his eſſe debet, de quibus intelligere debemus, quũ ipſe inibi de eiusmodi morbo abſolutè loquitur, error eq; eſſet in eo ſic dicente, ſicut in nobis ſic intelligẽtibus, ea quę raro ſunt, admittendo, & quę ut in plus, & ſecundũ naturam, omittendo Teſtor tamẽ, me eã in longo artis progreſſu, huiusmodi ſic furentẽ aliquando uidiſſe,

Quomodo turgentia pleuritidem inſequatur.

acutum ſanè morbum, in quo dolor modo vnam, modo aliam coſtarũ aggrediebatur partem, & in qua modo apparebat, modo non; Item nunc intus, nunc extra; ſed quod adhuc maius, quòd nec aliqua, quę vehemens erat, anhelitus difficultas prorſus quãdoq; ſentiebatur; quod tamen ſymptoma inflamationis tumori uias thoracis ſpiritibus occludenti, inſeparabile eſt accidẽs. Nempe de dolore in huiusmodi perfidioſa pleureſi ſic uarię apparenti, Doctores ante nos, ſomniculosè nimium reſpondebant, id in humoris maliciam referrentes, affectę ſiquidem particulę ſenſum corrumpentis, quod irritum ac vanum prorſus eſt dictũ, quando quidem deleto dolore in .iiii. die ut plurimũ, en quòd poſtmodũ in ſeptima, uel xi, aut propter aliquę criticũ motum, aut aliquem ęgrotantis errorem, huiusmodi deletus dolor renouabatur. idem namquę dolor incitata natura eo loci confeſtim rurſus inuadebat, quod membro ſenſu ob fraudolentiã (ut dicunt) priuato, nequaquam accidere potuiſſet. Verũ ſi propter dolore reſpondiſſent, ad anhelitus tamen difficultatem, nullam prorſus habebant, nec habituri ſunt reſponſionem: Proinde multa cũ audientium ſatisfactione, nos ueterem illam remouimus reſponſionem; Diximusq; huiusmodi pleuritidis morbũ à materia non peruenire venenoſa ſensum corrumpente, aut alia quauis via ſuſpendente, ſed furente; quę quũ mala ſit, non in vno loco aut mẽbro perſiſtere valet, quia eam natura non tollerat, ſed potius inſectatur, atq; hac pellit, & illac, & ſic priori mutata ſede, non ęadem amplius continuat accidentia, ut aliis non congrua locis, nec membris, minusq; eis eſſentialia exiſtunt, ea namquę ita praua, ita furioſa materia remota, ea utiq; ſtatim abeunt ſympthomata: Idq; de hoc nos certificat ſenſus, nam materia ad vrinarũ meatus cõuerſa, quę prius limpidę & clarę fuerãt, mox ab illius permixtione, turbulentę euadunt, & eorũ terga ut dicit Auicena, uerberati & flagellati efficiuntur. Quare noſtra quidem reſponſio, & rationi & ſenſui conformatur. Ad noſtrum modo reddeuntes, Dico quòd ex quo turgentia pleuritidi eſſentialiter non aduenit, ſicquè de iis ipſa quæ raro veniunt, ergo quãdo Hippocrates de pleuritide loquitur abſolutè, nimirũ credẽdũ, quòd de his loquatur quę ſunt per ſe; Et ſic quũ ipſe velit quòd dolore deſcendente à principio purgetur, credendũ eſt, quòd de iis loquatur, quæ ut in plus, & ſecundũ naturã ueniunt, & non de furioſis, quę potius monſtruoſæ accedunt, ut hi chimerizantes

rizantes aiunt. Qui igitur dicũt Hippocraté nolle in morbi principio euacuari ubi materia ſit furioſa, utroq; interimantur gladio, & aphoriſtico de actu ſignato; & in iſto de actu exercito in.ii. regim: acutorũ. Verùm quomodo Examinator ab iſto ſe tueatur vulnere, infra uidebimus. Supereſt modo de tertio ſcopulo verba facere. Qui modo cõtra Hippocraté inſurgit. In qua ſanè dura re atq; aſpera, Examinator ut cæcuciens incedere videtur. & ut in ore ſuo redargutiones non habens, ac ut elinguis, tacet. In primis quũ viderit quòd veluti axioma ſit, ut non apparentibus coctionis ſignis euacuandũ non ſit, parte altera uideat in. i i. de victus ratione, quòd deſcendente dolore, purgandũ primum ſit, ſicut aſcendente, uenę ſectione euacuandũ; hunc ſcopulũ admirans, nec ſuperare ualens, ſe ad poſterius dicenda libenter remittit. Et nos in eius gratiam remittimus, & eo usq; differemus. Verũ hoc omittere nõ decreui, poſtquam Examinator (acuti ſenſus quũ ſit) tanto pertranſit ſilentio, cur nam ſcilicet Hippocrates dixerit, quòd dolore deſcendente, ueratro nigro, ac peplio, nos uentrem molire oporteat, ſed eo aſcendente, uenam ſecare debeamus, quod uoluntariè nimis dictũ uidetur, ut ſilueſtrem ac nimis uetuſtam & rancidam ſapere medicinam appareat; cuius ſignũ, quòd Galenus huic dicto renunciauit, inquiens, quòd ubi febris ualida fuerit, cui addere poterat (Quæ ſemper eſt) nos etiam ſanguinem minuere debeamus; demum contra uidimus, quòd aſcendente dolore corpore ſub dominio bilis potius quàm ſanguinis exiſtẽte, & ſecata uena, ſtatim inducta fuit ictericia, deinde febris creuit, dolor auctus, & mors ſubſequta deinde fuit, vnde ſibi purgatio longè magis conueniſſet, quàm phlobotomia. Similiter poſſibile eſt, ut deſcendente dolore, quòd materia uel fuerit ſanguis, uel ſub eius dominio, unde Phlobotomia longè plus conueniſſet, quàm purgatio; quare hoc Hippocratis dictũ, potius rude, quàm arte traditum uidetur. Quapropter ab Auicena primi. iiii. ualide repulsũ fuit, ut infra clarè videbimus. Quo nam igitur pacto Hippocrates hanc ita extempore & malè maturam ſententiam edere potuit? Miror non parũ, quòd ſubtiliſſimus hic Examinator iſta non uiderit, minusq; Examinauerit, atq; hos potuerit magnos perferre dolores. Solent magnæ dolorũ cauſæ non perceptæ, ſuſpectam mentem reddere. Profectò hæc meo pluries reuoluens animo, ex quo iſta ſæpius in examine de venę ſectione ponderauerã, in hanc tandẽ deueni

Quis ſenſus eſſe potuit Hippocratis, dicentis in inflamatione thoracis, uenæ ſectione in aſcenſu materiæ, ſed in deſcenſu eiusdem, purgatione curare debeamus. Videtur enim ruſticus is ſermo.

ſententiam, quòd Hippocrates hunc ſimplicem ſenſum nequaquam intelligere uoluerit, Sed potius aliquid maius, de quo nos inferius dicemus, atq; ratione, plurimo experimento comprobabimus, & non cum uno tantũ inſtrumento, ſed cũ utriſq; de maioribus auxiliis, quibus complures ſanauimus homines, quinimmo tranſpoſitè aliquãdo his utendo auxiliis, frequentiſſimè ſanitatem in integrũ reſtituimus. Valeat itaq; Examinator cum hac antiqua eius medicina, quoniam ſemper melioribus & conſultioribus dictis adhęrere intendo. Peractis ergo de tribus per eũ inſtitutis, propoſitis duobus, reliquũ erat tertiũ & ultimũ pertractare, quod ſecundũ ipſũ id eſt potiſſimũ, quo iam excitata lis diſſolui poſſit, ſummèq; neceſſarium eſt cognoſcere, inquit, uidelicet ſcire, quę nã bonorũ, quæ uè prauorũ, & quæ bona, quę uè improba humorũ coctio exiſtat, cuius etiam ſententię ille ſuus fuerat amicus, cũ quo & alii non obſcuri nominis exiſtunt. Id quod ego cõtra ſatius crediderim, quòd nos reducti nõ adeuacuationẽ abſolutè, minusq; ad eã vniuerſalẽ, quę fini cõgruit, ſed dũtaxat ad eã quę principii eſt euacuatio, quę coctione nõ attingitur, cui cruditas ita obnoxia eſt, ſicut contra fini coctio cõuenit, crediderim in quã, quòd cõpoſitus magis huiuscę noſtrę rei atq; utilis magiſq; neceſſarius ſermo atq; ordo ſit de cruditate ipſa prius loqui, quàm de coctione; quæ ſanè cruditas, principiũ ipſũ eſſentialiter inſequitur, atque ex ſe euacuationem prohibere habet, vt uel nullam, uel modicam in humoribus ſecundũ naturam, ſiue ſecundũ plurimũ nobis occurentibus, euacuationem admittat. Quinimmo eiusmodi euacuatio modica, ei per accidens cõuenire videtur, ſed non quidem per accidens, veluti impertinens (ut aiunt) accidẽs per accidens, ſed ad hunc planè ſenſũ, quia ſcilicet propter aliud quoddam neceſſaria exiſtat huiusmodi principii euacuatio; vt non ſit per ſe intẽta, ſed vt melius ueniat coctio. Quę ambæ adhuc anticipantes & minoratio prędcedens, & coctio ſubſequens, ad eundem ſenſũ per accidens dici poſſunt, quia ſcilicet in uniuerſã euacuationem fini congruam ordinatæ exiſtunt: Quũ igitur lis hæc noſtra non ſit de euacuatione in fine facienda, quæ eſt per ſe, & ſecundùm ſe perquirenda, ut morbũ tollat, & non ſit in ordine ad vlteriorem aliam operationem, ergo potius de cruditate agendum eſt, quæ principii euacuationẽ impedire poſſet, uniuerſæ euacuationi inſeruientem, quàm de coctione, quũ maximè cruditas illa vere

An Intelligẽtia de coctione, an potius de Cruditate, ſeruiat difficultati de principii euacuatione efficienda.

ſit,

inſeruientem, quàm de coctione, quum maximè cruditas illa verè ſit, quæ primũ morbi principio inſidet, & quę impedire & concedere euacuationem habet; Si igitur in principio ſimul ſint cruditas & euacuatio, non autem eo tempore ſimul ſint coctio & euacuatio, quę pro principali requiritur, ergo ſolertioris magis noſtri ſtudii eſſe deberet intentio de cruditate, vel ſecundùm totum, vel ſecundùm partem impediente. Item de qualitate euacuationis in principio tentandę, tamquam de entibus & huic tẽpori pertinentibus, magis quàm de coctione & euacuatione ſibi correſpondentibus, puta vniuerſali intenta, vt de non entibus. Quę duo ſanè Hippocrates quẽ hic interpretamur, ipſe ipſe proponit in non crudo euacuationem, & propter cruditatem parcam dimittendo vniuerſalem in principiis, vt dicit, quoniam eam abhorret vniuerſalẽ. Ad noſtrũ modo reddeuntes, quũ Examinator de principii cruditate ſecundùm genus loqui debuiſſet, deinde diſtinguere, atq; inſpicere, quę nam earum eſt euacuationem concedens, quæ verò prohibens, hoc autem non fecerit, ſed huius contrarium potius egerit, timeo ne domi ſuam reliquerit lucernam; quinimmo dubito, quòd dũ de ipſa coctione poſtmodum declaranda pro vniuerſali euacuatione, ſua venerit hora, ne etiam prorſus extinctã inueniat. De hoc infra diligenter contemplabimur, licet nunc quantum ad rem præſentem pertinet, tangemus. Id in primis aſſumentes, quòd in materia non digeſta & multa, certo quo nam pacto capaci in morborum initiis nullũ aliud opus exordiri debeamus, ſed primum euacuare tentemus, euacuatione tamen parca, nullam tamen corporis læſam partem, ſed ipſum dũtaxat totum intuendo, licet non totaliter, veluti Plato & Ariſtoteles cum Illuſtribus Ducibus noſtris concordes dixere, intelligentes in materiebus quietis, dictis cõmuniter euenientibus, & nõ in inquietis, quę raro accidunt. Quòd ſi ſic, quòd ſecundùm ſapientes à non crudis euacuando inchoare debeamus, ſecundùm verò alios à coctione ipſa potius incipiamus, ergo quomodocunq; euenerit, ſic ab ipſis crudis ſemper inchoaremus, & non à coctis; & ita dialectícè arguendo, ſi à crudis & non à coctis inchoandũ, ergo à cruditate, & non à coctione incipiendũ; & ſic prius tractandũ de cruditate inſtãti, quàm de coctione abſenti & futura, ſemper enim crudũ & imperfectũ, ipſũ perfectũ antecedit. Et nulli dubiũ eſt, quòd unaquęq; res, ſicut

Argumentum à cõcretis ad abſtracta

ſe ſe habet ad eſſe, ita quoq; ad cognoſci ſe offert. Qui enim de ætate perfecta ac de ſenectute, prius quàm de infantia ageret, peruersè quidem nimium ſe se haberet, ex quo priora quidem semper ut via ad posteriora exiſtunt. Sed quoniam Examinator prius de coctione ipſa loqui conſulit, ad aliorum opiniones ante omnia ſe conuertit. Inquiens, quosdam dicere coctionem ipſam nil aliud eſſe, quàm humorum craſſorum attenuationem, lentorum inciſionem, tenuium uerò incraſſationẽ. Poterat (ſi voluiſſet) dicere, Galenũ cũ Auicena de his fuiſſe ita dicentibus, ſicut contra dixerat, quòd ab Hippocrate & Galeno alieni ſunt, ex eo quòd hi iam dixerant, corpora purganda fluida debere eſſe ac peruia, quòd probé fit, inquit, attenuatis, atq; ipſis inciſis humoribus; at vbi cõtra forte craſſari cõtingeret, uiis equidẽ clauſio, & humoribus inobedientia accideret; quod ſanè quę ſitę coctionis oppoſitũ exiſteret. Proinde ſe ad alios cõuertit, quos longè maturius conſideraſſe dicit, ea nimirũ ratione, quòd tenuiũ craſſatio, coctio non ſit. Qua in re mihi gratius fuiſſet, ſi hos non maturius, ſed deterius conſideraſſe dixiſſet, ut ſuo oſtendam loco. Verùm Examinator hic ſe plurimum intricare videtur (ni fallor) ut non videat, quæ nam in tenuibus uere coctio dici poſſit. Quũ maximè parte una, Galenũ videat humores tenues craſſare, ut .vi. de uulg: morb: Item .xii. methodi in pituita minuta, in febre in qua animę deliquia coniunguntur, eodem modo craſſare inendit, quinimmo in libro de conſtitutione artis medicæ de hoc deſtinatam fecit methodum, ut ex his ſanè locis expreſſè conuinci poſſit, opinionem illam primam de coctione, eam ueram eſſe, eamq; ſolam maturè ac probè conſideraſſe. Cui ſententiæ nimirum Examinator non adherens, omnia quæ ad coctiones pertinent, ad illas ingeniosè quidem reducit coctiones, quę à natura fabrefactę ſunt, reliqua uerò non coctiones quidem eſſe, ſicut hæ antedictæ, ſed dũtaxat ad coctiones præparationes potius exiſtere ait. Addens, quòd ſi illorum trium modorum aliqua ex illis vera eſſet coctio, potiſſimũ ea eſſet, quæ tenuium eſt per incraſſationem facta, ex quo natura tam in bonis quàm in nocuis craſſando ſemper procedit; demum ipſe, quaſi per locũ à maiori arguens, inquit, uidelicet ueriſimilior ex his nullus quidem modus eſt, qui coctio dici poſſit, magis quàm hic, qui in tenuibus agitur in expellendis ſiquidem humoribus, ſed quũ nec is ad

Opinio de coctione medica.

veram

veram cõctionẽ pertineat, inquit Examinator, ergo minus alii ſub coctionis natura comprehendi poſſunt. Subditq; doctores ſcribentes omnes has coctiones exiſtere, hallucinatos fuiſſe, quandoquidem heæ non coctiones, ſed ipſarũ coctionum dumtaxat præparationes eſſe, vt coctum deniq; in animal & conuerti & ei aſſimilari poſſit. Et in hunc ſenſum trahere ſtudet Galeni verba, Quum eo loci de conſtitu: artis medicę, Dicat, ſi craſſi, & uiſcoſi, attenuatione & inciſione egeant vt coquantur, ita quoq; & tenues, vt in naturalem ſtatum reddeant, contrariis alterare oportet, vtraq; coquendo. Ex quibus vult Examinator elicere, quòd non negandum tres hos modos ad coctionem concurrere, ſed non ut in coctionis eſſentiam ingrediantur, putatq; dicentes has coctiones eſſe, falli; capientes præparationes ad eas facientes pro ipſis met coctionibus. Atteſtans Examinator, Quòd quæ vera eſt coctio, craſſando ſemper procedat, innuere uolens, quòd pariter cæteræ non ueræ coctiones ſint, quum incraſſatione non incedant; ſicut contra quæ verę exiſtunt, ſemper craſſando procedunt, craſſiora calidioraq; fiant quæ cocta ſunt, tam in bonis; quàm in prauis, ut muſto, tuberculis, & non tantum in harum met rerum ſubſtantiis, ſed et in iis quæ ab eis prodeunt, ut .iiii. de mixtis dicit Ariſtoteles, ueluti alui, ueſicæ excretiones, ſanies, & è naribus ſtillicidia, & ab oculis lachrimæ, Quę omnia multa ſunt, ac tenuia exiſtunt, dum cruda ſunt, quorum humiditas fluens nondũ conſtituta, mox à caliditate obtenta, melioris quidem molis efficitur, atq; huiuſmodi deinde craſſiora efficiuntur. Sicq; intrepidè ſubdit, quòd ſilere habeant, qui has dicunt eſſe coctiones, quum præparationes, atq; alterationes exiſtant. Inquiens, quòd reiecta iam dicta de coctione opinione, arbitrandum ſit, eandem præcisè in bonis quæ in prauis etiam eſſe coctionem. Nullaq; alia ſecundùm ipſum eſt differentia, niſi quòd in bonis modicum eſt de excrementis, & multum de probis, in malis uerò contra eſt, atq; ſic eam deffinit. Coctio eſt qualitatis adeptio in re coquibili, per quam animal eſt aptum nutriri. Dicuntur autem praua coqui, ratione cuiusdam probè ſaltem partis inexiſtentis, reliquum uerò improprié, latiore uè quodam uocabulo coqui, ex quo praui ſemper bonis admixti uidentur. Cum his tandem Examinator hallucinatis ueritatem luce clariorem oſtendiſſe autumat. Inquiens pro clariori doctri-

na, quòd

na quòd hoc coctionis nomen, diuerſis aduenire poteſt cauſis, nempe per ætatis adeptionem accidere poteſt. Ex quo per eius adeptam coctionem aliqui ſolui uidentur morbi, facta quidem in calido & frigido, & nos addimus in humido & ſicco variatione, per quam non minus ſoluuntur, ut Hippocrates de epilepſia, & de his quorum ventres ſicci ſunt in iuuentute, & ſenescentes humectantur, & è contra; quem planè modum ut parùm noſtro propoſito ſeruientem, reliquit. At ſubdit deinde aliud coctionis nomen, quod uerius & proprius magis eſſe dicit, & eſt alimentis proprium, Inquiens, quòd qualitatis adeptio exiſtit, qua coctum aptum eſt vt in animal conuertatur, eiquè aſſimiletur, & hoc ait coctionis ipſius propriiſſimum ſignificatum eſſe. Poſtremum verò eius ſignificatum dicit eſſe illud, quod eſt naturę uictoria contra cauſas ipſas præter naturam, rei in quam agit inexiſtentes, earumquè debellatio, quæ transmutationem inſequitur, dum in ſubſtantiam animalis transmutatur. Notat tamen, quòd natura ſecus ſe habet in prauis & bonis. In prauis enim coctionem admittentibus, ſemper aliquid boni eſt annexũ, cuius ratione coqui dicuntur, quando ſcilicet illa ſemper ſupererit qualitas, cuius ratione aptum eſt coctum ut in animal conuertatur, & ut ei aſſimiletur, & ſic dicitur coctum coctione ſecundi modi; ſed portio quę praua eſt, bonę tamẽ partĩ comixta, dicitur quidem etiam cocta coctione ſecundi modi, ſed ratione partis bonæ; uerum ratione prauæ & multæ partis, in qua tamen cauſæ pręter naturam debellatæ fuerint, dicitur cocta tertii modi ſignificatione; quę ſi contra fortè creſcant, & naturæ actiones eis pręualere haud poſſint, ſed continuè crudiores rebelliores uè inſurgunt, non coctę ſunt, ſed crudæ; quæ ſi rurſus debellantur, poſtrema quidem coctionis ſignificatione cocta dicentur. Itaquè in hac hercle procuranda coctione, quę ad morbum facit, concludit, medici munus eſſe, ut faciat quòd illa cauſarũ pręter naturã debbellatio eueniat, quod nimirũ inquit fieri nequit, niſi calor qui eſt ſecundùm naturam, probè ſeruetur, & in eius tenore manuteneatur, vt illas ſuperare poſſit, & nõ ab eis ſuperari, quod optimè fiet euacuationibus, alterationibus adhibitis, ſic enim illę prędictę oppugnabuntur cauſæ: Quę eius ſanè dicta in medium adduxit, ut uiam oſtendat, qua nos illos cognoſcamus humores, qui ad Hippocratis & Galeni

mentẽ

mentē crudi uel cocti ſint: Verū ſi Examinator iſthęc nos docere cupiebat, rectius quidem erat, ut quorſum ad litem hanc deuentum ſit, illud ante oculos primū habuiſſet. Nempè alia de cauſa non fuiſſe certū eſt, niſi ut videremus, an in morborū principiis euacuandū ſit. Quod nil aliud eſſe uidetur, præterquam ſi cruditas, quæ principiis aſſiſtere aſſolet, euacuationem aliquam vnquam admittat, uel nunquam, & tunc neceſſariò negociandū circa cruditatem. Inquirendū uè, an in omnibus precisè unius ſit modi, nō plus in uno quàm in alio principio, & non plus in uno morbo, quàm in alio, & non plus in uno ſubiecto, quàm in alio, ſic quòd prorſus ipſa met cruditas in indiuiſibili conſiſtat. Vel potius contra ſit. Quod eſt dicere, ut ſicut datur perfectè coctū & ſyncerū, nihil habens de ſuo extremo oppoſito, ita detur & crudū ſyncerum, nihil habens de cocto, vel potius & melius, quòd unū quid aliud & neceſſariò quidem detur ex duobus dictis extremis mixtū, quod Hippocrates crudū non uocat, minusq; coctū, ſed (vt notū eſt) non crudū: Profectò ubi cruditas primi modi dū axat exiſtat, videlicet ſimpliciter in principio, vtiq; nulla admittenda eſt euacuatio, quinimmo fortius, ſi in omni principio cuiuscunq; morbi huiusmodi eſſet, & non alterius rationis, ego quidem ingenuè & non vacillanter dicerem, quòd nulla principiis prorſus deberetur euacuatio, nec modica, nec multa, nec cū uno, nec cū alio auxilio de maioribus, nec inſalubri, nec in mortali caſu. nec Hippocrates (quæ planè ſua magna fuerat ſapientia) omniū prudentiſſimus cū fuerit, id præcepiſſet, ex quo immobile moueri, & ineuacuabile euacuari noluiſſet. Proinde in eius ſermone multa uſus eſt modeſtia. Inquiens. Si tibi videbitur. aphoriſticè loquendo; ſciebat enim in unoquoq; morbo humores poſſe eſſe crudos ſimpliciter (quāuis raro ſic eſſe cōtingat) poſſunt tamē de facto ſic exiſtere, & eo tunc caſu nō quidē mouēdū, minuſq; medēdū, ſed quia ſecundùm naturę curſū ſic euenit, quòd cruditas potius ſecūdùm quid exiſtat, de quibus ſcientiæ & artes eſſe poſſunt, eapropter Hippocrates maturum dedit conſilium, ac fœliciſſimam inſpirauit methodū, quæ ſi in naturę rebus non eſſet, nos ſanè eam pro artis integritate ſupplere omnino deberemus. Quū autem modo extemporanè, nulla prorſus adhibita matura conſideratione, Examinator cū cæteris ſecus loquatur, id ore quidem dicit, quod corde neſcire uidetur, In omni etenim morbi principio, in omni

corporis

corporis uentre, huiusmodi crudũ ſimpliciter dari ex lege naturę concedere neceſſũ eſt, licet raro ſit, (ut dictum eſt) quũ raro natura extremum attingat. Si namque malum eſt, ipsum quò plus poteſt, euitat; ſi bonum, difficulter aſſequi valet; quare circa mediũ quod nec crudũ, nec coctũ eſt, de more frequentius verſatur; quapropter ipsũ eſt, quod ut plurimũ ac veluti per naturam tractat. Quũ igitur ita ſit, & experimento iam compertũ ſit, quòd in omni morbo cuiuscunq; ventris humani, tam crudũ ſimpliciter rarũ, omnem excludens euacuationem, quàm crudũ ſecundũ quid, aliquam admittens euacuationem, Hippocratis decreto euenire poſſit, Cur igitur potius pro huius queſtionis neceſſitate, quod dictum fuit tam prolixè ab Examinatore de coctione ipſa, eius loco de cruditate examinatũ non fuit? Quod ego meliori (ni fallor) ductus genio, enixè ſeruaui, ut ueritatis cultores boni uidere poterunt, ſi noſtra hęc (qualiacunq; fuerint) legere curabunt. Quũ autẽ Examinator hoc non fecerit, hac ſiquidem de cauſa ſuperius dixi, quòd domi ſuam dimiſerit lucernam, qua alios illuminare promiſerat. Verebar tamen nõ parũ, quòd in reuerſione poſtmodũ ad coctionem, ne eam prorſus extinctam reperiret. & vt de hoc certiores efficiamur, videamus quo nam pacto de coctione loquens ſeſe habeat: In primis ſuũ quippe erat Examinare, an hoc vniuocũ uel potius æquiuocũ exiſtat. Quũ autem (ut probabimus) æquiuocũ ſit, non autem vniuocũ, eo tunc caſu maximè erraſſet, nec legibus in elencis poſitis ſteriſſet. & tanto deterius, quòd æquiuocatorũ aliqua omiſerit, aliqua uerò negauerit, quod non eſt tantùm hoc bus iniuriam facere, ſed rebus, ac terminis ipſis, quibus tantũ in diſputacionibus indigemus, ut eo loci dicit Philoſophus, nam non res, ſed terminos in eis afferimus. vbi igitur illos negauerit, ſic primũ res ipſas, mox diſputationes de medio tolleret: Coctionem autẽ æquiuocam eſſe, notũ ex hoc facere poſſumus, quandoquidem earum vna ad ſcientiam ſpeculatiuam pertinet, alia verò ad practicã, ſcilicet medicã. quę Auerois placito, Mechanica quidem eſt, eo ſaltẽ modo, quo Diuus Tho: dicit, quoniam noſter planè intellectus quũ diuinitatem ſapere uideatur, ad ea quę Dei & naturę opificia exiſtunt, inclinat; ubi verò illũ ad ea quæ artis fuerint conuertamus, nimirũ eſt, ac ſi ipsũ alienũ inſequi torũ cogeremus. Porrò ſic eſt ipſum mechari cogere, modo quaſi per analogiam loquendo, ſicut ęterno & corruptibili

Quòd coctio ad nutritionem, & ad expulſionẽ, æquiuoca ſint.

nil commune

nil cõmune vniuocũ ita proportione reſpondet, id quod ſcientię ſpeculatiuæ & arti accidit, ut nil quaſi uniuocũ (vt ſic pro nunc dixerim, ne me quis in verbis capiat) inter eas exiſtat. Quum igitur Examinator iſta omnia inuicem ſummat ut vniuoca, per æquiuocationis fallatiã decipitur. Et ut hoc fugeret, has quas dicimus nos per artem coctiones, dicit non eſſe coctiones, ſed coctionis præparationes. Id quod eſt tacitè noſtrę fauere opinioni, licet hoc non videant, videlicet quòd vbi quis has fore quidem coctiones probaret, ut probabimus, & nõ illius eſſe rationis, igitur ex conſequio, non vniuoca erunt; quandoquidem ſi illius nominis, non tamen illius met rationis, infalibili utiq; argumento æquiuoca eſſent. Hius autem rei falſitatem infra monſtrabimus. Profecto longo rerum vſu mihi videre licuit, per quàm difficile his cũ hominibus diſputare, ex quo eorũ placito nomina mutant, litteram corrumpunt, naturæ entia negant, quædam uerò alia impoſſibilia fingunt, quibus ſanè nullus correſpondet conceptus (implicantia quũ ſint) Et quis nam quæſo cũ his patientiam ſuſtinere poteſt? in his maximè arduis interitũ minitantibus? Dico tamen, & patienter quidem, quòd de ea coctione ac cruditate hic nos loqui tenemur, quę ad medicum pertinet. Item de ea cruditate, quæ non omnem cruditatis gradũ humoribus inſitũ obtinet, quod eſt uidere in ſolo crudo ſyncero, cuius cruditas omnem prohibet euacuationem. Sed de ea quidem, de qua Hippocrates intelligi voluit; & non illius cruditatis manentei exiſtit, qua remota in animalis ſubſtantiam conuerti habeat, ut falsò Examinator ait. Sed eius præciſæ, de qua dicebat Aphoriſmus inibi, Concocta medicari, & mouere non cruda: Vt ſi integra prorſus fuerit coctio, uniuerſalis agatur euacuatio, quod ſanè opus fini ipſi atinet; Si verò non integra, quòd partialis tantũ efficiatur, quod principiis cõgruit, coctione ſcilicet aliqua in humoribus non arte, ſed puro naturę opere preinducta. Quę ſanè qualitas ita inexiſtens eis, non coctio quidem eſt, minusq; cruditas, ſed non cruditas exiſtit, quæ ex illis tantũ commixta, quæ particulari tantùm conſentit euacuationi, quam Hippocrates & Auicena præceperunt, vt non vniuerſali prorſus, ſed particulari dũtaxat euacuatione tentetur in eo principii tempore, & eius mox reliquũ coquatur, & extra corpus deinde à natura eiciatur, noxii à ſe remocionem intendente: Qua remorante, ob naturæ obmiſſionem, arte expellatur; timens Hippocrates

Ratio probabilis de qualitate coctionis, an uniuoca, uel melius æquiuoca. Ariſtotelis more in problematicis quæſtionibus, rethoricas immo quandoq; ioco ſas demonſtratiuis præponentis.

Quàm difficile ſit, cum Galeni ſecta diſputare, & quæ nam ſit cauſa.

pocrates ex eius retentione recidiuam : quamobrem videmus hanc & illam coctionẽ alterius omnino rationis exiſtere, ex quo illius coctionis de qua intendit Examinator terminus, eſt de prædicamento ſubſtantiæ, qui uerò noſtræ coctionis modus, per quẽ nos morbũ expellere intendimus, de prædicamento quidem ubi herclè exiſtit. & ſicut illius phyſicæ coctionis quę pro conuerſione in animal interius eſt terminus, contra illius quę medicę eſt coctionis, modũ quæ pro expulſione exterius acquirit terminũ. Item illa fit calido, & magno quidem, ipſa heterogenea diſſoluente primùm, mox tepido ipſius ſolius uentriculi proprio non ebulliente, minusq; diſſoluente ac diſpergente, ſed contra potius congregante, atq; craſſante. At hæc de qua medici loquuntur, aliter efficitur, quoniam non calido tantum, ſed modò calido, modò frigido; Item modò craſſando, modò attenuando, de quibus inferius exempla ſigillatim monſtrabimus. Quod ſi hic, quomodo igitur quę non uniuocam ſuorũ eſſe originem habent, ſiue conſtitutionem, ea uniuoca dici poſſunt? Manifeſta igitur eſt diuerſitas inter unam atq; aliam coctionem; & ſic aliud, atq; aliud eſt coquibile: Signũ autem confirmans, & nos magis certificans, eſt ut quid ſuo contrario conueniat, uideamus; nam illud ſtatim alteri diſconuenire inſpiciemus; ueritas namq; ueritati conſonat, contra falſitas: Videatur modò, quæ illi crudo, ut in animal conuerti poſſit, conueniãt; & quę illi crudo ut ad extra corpus expelli poſſit; Nempè videbitur, quòd non eadem quidem erunt, quæ utrobiquè conueniant, & diſconueniant; ergo hoc Examinatoris inuentum nullum eſt, minusq; uerum, quòd Ariſtoteles de ea coctione intelligat, per quam medici nocuum expellere intendunt, quando integram fecerint coctionem, non imperfectè iam (ut dicit) ſed in integrũ totam materiam expellere ſtudent, & ad ſanos humores uſq; ueluti mortuũ amputantes membrũ, qui de uiuo aliquid etiam ſumpſiunt. Qua ratione Hippocrates inquit. Nil nocui expelli poteſt, niſi & ſanatiui aliquid expellatur. uelitq; integram nocuorũ expulſionem fieri, ſecus recidiuam uenire ait, quod tamen cũ ſalis grano effici debere arbitror: Quapropter Auicena inquit, melius eſt infra ſubſiſtere, quàm exquiſitè euacuare. Quia tamen Examinator rem malè accomodare poterat, illos tres coctionis modos ut quidpiam ſanctũ obtulit, uidelicet ab ætatis primũ uariatione deſumptum. Secundũ à coctione in humido mẽbrorũ à cibis ipſis proueniẽte,

Argumentum Ariſtotelis de genitis ex puri materia,

cuius

cuius ratione, facta humidi nutrimentalis resolutione, illius restauratio suppeditetur; Poterat si uoluisset, et non ab re quidem dicere, hunc plane secundum modū á primo differre, quia primū humidū radicale ab origine cōtractum uersatur, quod nos ad interitū usq; concomitatur, quod neq; vnquam renouari potest. Secūdus verò modus circa humidū nutrimētale versatur ab alimētis sumptū. Tertius uerò & vltimus insequitur humidū, quod á rectitudine, ac ab imperio naturæ dillabitur, atq; subterfugit, sibiq; recalcitrat, vnde ipsum & corrigi, & debellari necessū est. Quæ sanè actio, quoniam multa cū contrarietate efficitur, in principio apparere nequit, sed per morbi tempora ultra principiū, & promptè, & tardè, secundū quòd positiua humorum cruditas à suis causis ante morbū producta fuerat, insurgit; & ita in humoribus quę antea fuerat cruditas, coctione demolitur, & qui prius contumaces existebant, mox deuicti, naturę & arti obsequentes efficiuntur. Quibus planè significatis, si nomen idem, ratio tamen non eadem, & si in aliquo vel in aliquibus communicare videntur, & non vno eodemq; modo se habent, ut vidimus, & videbimus, non igitur vnius sunt rationis, minusq; vniuoca dici possunt. Sed quod de Examinatore mirabile mihi uisum fuit, est, quòd dixerit litem hanc dirimi nō posse, sine cognitione naturæ ipsius coctionis, ex tribus modis constitutæ; Quū tamen (ni fallor) eorū nullus huic proposito inseruiat. Igitur malè sibi sumpsit, quòd Doctrina de coctione ea sit, quæ in hac soluenda difficultate manus prębeat, quum contra potius illa sit, quæ de cruditate est notitia: Quòd autem ii tres modi non seruiant, facile est declarare; quia non primus modus ex fœdere; minus secundus, quū medica illa coctione nos non conuersionem in animal, sed expulsionem á corpore inquirimus; Longinquior uerò est tertius quū in principio ipse nullā admittat euacuationem, nisi in furiosis, qui nullam expostulant coctionem. Ergo ista Examinatoris notitia de coctione cum tribus his modis, nobis prorsus non deseruit. Demū quę nam de coctione huiusmodi existeret diffinitio? quæ Aristotelis monitu, ex vero & communissimo genere, & vltima & propriissima differentia, expressa vel circumloquta constare debet: Proinde Galenus & Auicena vnanimis dixere uotis, coctionē quam in sanandis morbis quęrimus, esse ut humorum substantiæ modi per artem adequentur; quam hercle adequationē Galenus intelligere uoluit,

Argumētū cōtra Examinatoris coctionem euidens.

Coctionis medicæ diffinitio.

Sed Auicena vberius expreſſit, quę eſt craſſi attenuatio, & tenuis incraſſatio, & lenti inciſio, cum qua nimirũ diffinitione artifex operari non ignorabit, quod non faciet per iſtam debellationem, veluti non propriã, ſed remotiſſimam nimis differentiã, quam neſcimus ſi bombardis, & huiusmodi tormentis, aut baliſtis, aut alio quouis inſtrumentorũ genere facienda ſit. Quamobrem iſta Examinatoris diffinitio, inſomniũ eſt, hac preſertim in lite de principii euacuatione, quam Hippocrates fieri præcipit, ea ſola primũ contentus coctione, quam ante morbum in quietis humoribus materia à natura aſſecuta fuerat, & hoc ſaltẽ in aliquibus eorũ partibus, quę ab aliquo ſibi congruo pharmacó citatę leniter veniunt, atq; ipſum purgans inſequuntur, tanquam paſſum ex potentia obedientiali ſuum propriũ inſequitur actiuũ attrahens; quam rem Examinator cũ ſociis non videre: Dico autem in quietis, quoniam in turgentibus alia herclè quęrenda eſt ratio: Quód ergo Examinator dicat, quód in hac ſedanda controuerſia, coctionis notitia illa ſit, quæ potens exiſtat, decipitur per cauſam non cauſam, quũ cruditatis notitia & proprior, & verior ſit, quæ nos herclé ſcire facit, quando nos in principio euacuare, & quando non poſſumus. Poſtremó adhuc non leui afficitur errore, quum coctiones quæ ad curandos morbos neceſſario ſeruiunt, & eis præſentibus ſtatim coctionũ intenti effectus ſubſequuntur, vt nullius alterius amplius ſit indigentia; neſcio tamen quo dicat ſpiritu, has iam dictas non coctiones eſſe, ſed ad coctiones ipſas præparationes exiſtere; quod nimirũ uoluntariũ, falſumq; eſt; ex quo non minus proportione reſpondet, veluti in alio coctionis genere, in quo tunc uera dicitur eſſe coctio, & non eius prę paratio, quando ſcilicet ea prę ſente partis coctę ſtatim in animal fit conuerſio: Ita & ſic in hoc coctionis genere illam dicemus ueram ac propriam medicam coctionem, & non eius præparationem, ad quam ſtatim deſideratus terminus uel ſequi poteſt, aut debet; à quibus ſanè terminis coctiones, quę tranſmutationes ſunt, ſpecificari debent, qui ſi diuerſarũ ſunt rationũ, & illæ quoq; diuerſæ ſunt rationis, licet unius & eiusdem ſint nominis; modo ſi ratio adducta de coctione phyſica diſtinguens inter eam & eius præparationẽ ualet, valebit quoq; in ſuo ꝓportionali de medica, uel in neutra tenebit, aut Examinator diuerſitatis cauſam aſſignet; Dicatq; hoc in foro medico, cur quũ crudũ noxiũ craſſum attenuatũ

Quòd coctio medica ſit coctio ſui generis, non coctionis præparatio.

attenuatum eſt euacuari non debeat? ſimiliter de crudo tenui, quũ craſſatũ, cur non ſtatim euacuari debeat? & ſic de aliis, Dicat inquam ſi aliquid ſupereſt, nosq; (vt promiſit) hallucinatos doceat. Audiuimus enim Auicenam crebro dicentẽ. Quũq; apparet digeſtio, euacua, prouoca, & non cures, quoniam præter digeſtionẽ rurſus dicebat, non plus quęrendũ eſt. Quòd ſi Examinator placito ſuo alias ab iis coctiones nouerit, quarũ hę tantũ præparationes ſint, quæ à doctoribus antiquis demonſtratæ ſint, & non ex mera eius phantaſia, nos doceat; ſcimus enim pro certo eas non eſſe quas Philoſophus conſiderat, quibus medicus ipſe ad expulſionẽ vtitur, ut de ſuis propriis met rebus. Verum hoc ad præſentem locũ cognoſcere non pertinet, Ex quo inſtitutũ hic noſtrũ eſt loqui de tempeſtiua euacuatione, quæ coctionem medicam præcedit, ſola ea quę à natura fuit, contentus. Ea propter hic noſtrũ non fuerat ſtudiũ de coctione loqui, ſed de cruditate huic tempori obnoxia. At noſtræ quidem menti ab Examinatore inducta fuit peruerſio. Quapropter hic finẽ facio, ad eũ me reſeruans locũ, quando huius negocii rurſus reliquũ cõtemplabimur. Viſis modò ac probè Examinatis ſectarũ variis opinionibus, Declarataq; ſua de coctione mente, qua ipſe ueritatem attingi poſſe perperam crediderat, Poſtremò Examinator propriis placitis ac concluſionibus, tũ vt eius ſententiam doceat, tũ vt contraria ſoluat, pro eius operis complemento reliquũ adducit. Atq; primũ aduertit, quòd ante omnia conſiderandũ, An corpora purgationi parata ſint, quia ſcilicet humores crudi non ſint. Item ne viſcera & hypocondria dura tenſa uè exiſtant. Item vt uiarum loca pateant, peruiaq; ſint. Item an humores quieti vel contra ſint. Item ſi inquieti, uel ad vnam, uel diuerſas ſedes commoti, Nempe motus ait ſemper euacuationẽ concedit, ſicut contra quies ipſa impedit. Atq; pro conſtanti ſumit, quòd quum furioſi ſint, alio non indigent niſi pharmaco ſibi manũ præbente, & ad excretionis loca dirigente. Itẽ conſideranda eſt materia, an pauca aut multa ſit. Item an cũ febre, aut ſine, an forti, aut leui. Qua in re aliqua dubio procul eſt differẽtia inter Hippocratẽ & Galenũ. ii. de ratione victus in acutis, & alibi. Exquo valida quidem febre inſtante, Galenus euacuationi conſentit; addens cognita prius ęgrotantis natura. Verum puto Hippocratem ſua timuiſſe pharmaca, quidquid in hoc Examinator diceret: qui poſtmodũ ſuas proponit concluſiones,

uidelicet. Quòd purgationẽ intendentes, omnibus cõſideratis indicantibus ac prohibentibus, plura & ualidiora ſemper quæ pro altero contrariorum ſuadent, ea magis eligi debeant: Et ut eius mentem efficatius oſtendat, ad rem ſignatam deuenit, atq; imparatũ capit ægrũ in quo humores turgeãt, Eo inquit caſu, plus inepta corporis præparatio impedit, quàm ad purgandũ turgentia ſuadeat. Atquè denique concludit pro prima eius concluſione, quòd turgente humore, ſed imparato corpore, in principio omnino purgandũ non ſit; corrolariéq; infert, quòd uel numquam purgandum, uel rariſſimè: Aliam deinde concluſionẽ dicit, quòd in quietis humoribus, in principio nullo modo purgandũ ſit: Viterius dicit, difficilimũ quippe hoc potiſſimum ſcire, An humores tenues ut euacuentur, craſſari prius debeant; quandoquidem ſeroſi ipſi tenues & ſi quieti ipſi ſint, in principiis tamen moueri, & euacuari poſſunt: Dicitq; id patere in libro de quos quibus & quando, inquiens quòd ad hęc omnia tempus mõſtrabunt. Addens prętęrea, ſiquidẽ iter initia morbi, tenues ac ſeroſos euacuabis. Vbi uerò craſſi & tenaces fuerint, quales ſuapte natura ſunt pituita, & atra bilis, coctionem expectabis. Itaq; humores tenues ſeroſos, & in corpore firmatos, quietos, in principio euacuari poſſe admittit. Quòd ſi ſic dicitur, inquit Examinator, quo nam pacto ipſi Galeno non aduerſabimur? qui. iiii. de ratione victus in acutis, uult ut obſeruemus Hippocratis pręceptũ, quũ dicit, Nempe prius quàm humores in partes firmentur, eos purgandos, aut quando iàm firmati ſunt, poſtquam dũ taxat ad maturitatem peruenerint: Addit quoq; hac in re perarduas nimirũ inſurgere quęſtiones, quę multos ad graues errores perduxerunt: Quos ſcopulos, quas erumnas, ut euitari poſſint, docere ſpondet quadam ſibi prius imaginata uia. Audite iudicioſi, quo nam pulchro eius inuento, hoc fieri poſſit, Galeno uidelicet animũ in duas partes uertente. Quo habito dicit, humores qui tenues ſunt, ob tenuitatis naturam, euacuationi planè ſemper expoſiti ſunt, parte altera ob eorũ quietem, inepti uidentur. Cuius ratione conuincitur, eos impactione teneri: Puto quòd ratus ſit, quòd niſi impactionis uiolentia detinerentur, non quieſcerent, ſecus hac illac uè fluerent; proinde perplexus ait, Quũ duo hęc conſidero, uidelicet tenuitatem & quietem, uideo quòd contraria iſthæc indicant, primũ enim purgationẽ indicat, ſecundùm uerò puta quies, prohibet, impactionẽ

atteſtans.

atteſtans. Verũ quod ex his præmittendũ ſit, ſe neſcire ingenuè fatetur. Quinimmo dicit, quòd Galenus in tam arduis quęſtionibus ubi ipſi contradicit in diuerſis tamen libris, ſed quia hoc forte ſibi leue quoddam videbatur, addit. Quinimmo in eodem met libro. Demũ quaſi actu reflexo, ſe ſupra ſe ipſum reuoluens, adhuc inquit, Num igitur ſibi met contradicit? Et inquit, Minimè. Vbi potius dicere debuiſſet, Maximè. Sed de hoc infra exactè uidebimus, quoniã Examinator hac in re ueluti pullus in ſtuppa implicitus apparet. Poſt hoc alium proponit caſum, videlicet ſi ſimul cũ quiete in ſeroſis cruditas coniungatur, quærit an purgandi ſint; dicitq; quòd ſi cum ipſorum tenuitate coctio coniungatur, quòd ad purgandũ prompti eſſe debemus: Nempe vereor ne hic ego ſuũ non capiam ſenſum. Vtinam declaraſſet, in ſeroſis quo nam pacto id quod tenue eſt, coniunctam ſecum habeat coctionem; Eſt enim cum efferitate humanitatem coniungere; quod quantũ hoc ſalis habeat, infra uidebimus. Prętereà plurima cũ charitate aliqua ſubdit conſilia, ut quando rectè, & quando nõ euacuare debeamus, cognoſcamus: Dicitq; quũ febris in principio vehemens aderit, ab euacuatione abſtinendũ, ut Hippocrates in libro de purgatoriis medicamentis docet; de qua ſanè re nos infra ſpeculabimur. Inſuper Examinator de Auicena non parũ admiratur, qui in peſtilentiã curationẽ doceat cũ purgatorio medicamento, et venæ ſectione: Cui Galenus. ix. de ſimplicibus medicamẽtis conſonat, atq; ſuæ admirationis causã dicit, quia in principio cruditſſimę ſunt materiæ, ex quo venena incoquibilia ſunt: Proinde conſulit, ut nos Auicenam ad ſeniores, puta ad Paulum æginetam, ad Aetiũ, ad Corneliũ celsũ reducamus, qui iſta non admittunt; ut poſte quòd ab his auxiliis laborantes non iuuentur. Et hæc ſunt quę ab eius lucerna habere potuimus. Nos uerò poſtquã aliis ſatisfecerimus, ſibi reſpondere etiam tentabimus, atq; pari charitate, ubi eius lumen extinctum fortaſſis inueniemus, accendere ipſũ conabimur.

CAP. Quintum. Pro ſophiſmatum ſolutione, Fundamenta continens.

m

odo his ego uiris egregiis pro mei imbecilli facultate ſatisfacere tentans, dico, Medicam hanc artem non de his quidem eſſe diſciplinis, quę de neceſſariis ſimpliciter ſunt, & quæ in primo certitudinis gradu dicuntur, cuiuſmodi Mathematicæ exiſtunt, ac etiam Naturales, minoris licet euidentiæ, Quanto minorem certitudinẽ hac in re medica expectare debemus? quandoquidem coniecturalis potius, quàm demonſtratiua ſcientia exiſtat, quæ per iudicium difficile, ac fallacia experimenta pertranſit, vt ipſe Hippocrates ſine rubore fatetur. Qua ratione huiusmodi quũ ſit, non herclè mirũ, ſi medicus non raro in eius opere noxium aliquod ſibi pręuiſum eligat, admittatq; ipſe coniecturans, quoddam aliud maius bonum aſſequi. Quod Deum glorioſum ex aliquo malo, aliud magnum bonum ſecernere noſtri dicunt Theologi. Quamobrem in reſponſionibus illę à nobis expectandæ ſunt rationes, quas ſanè huic arti conuenire iudicabimus; ex quo perpetuò ſecundùm ſubiectam materiam, & ut cõtingit adducendæ ſunt, ut in moralibus dicit Philoſophus: Eapropter quas de moribus & quas iuris periti de humanis voluntariisq; actibus faciunt probationes, non ſunt ut illæ, quales Mathematici, & Philoſophi inſtruunt. Acribologia enim Mathematica, non in omnibus eſt expectanda. Dicit idem Philoſophus in ſuo de ſapientia volumine, hoc primum ante oculos habendum eſt. Item nemo eſt, qui mentis compos ſit, quòd artes habere principium, & per temporum decurſum vires & incrementum ſuſcipere, eat inficias; iccirco eo met commentario ipſe aiebat; Artes quidem per additamenta fieri. Id quod preſertim his medicis in ſtudiis, eſt videre; nedum quò ad morborum de nouo accedentium, ſed & auxiliorum inuentionem. His ita habitis, illis herclè cum hominibus ſermonem habere intendo, qui à natura, duritie, ac efferitate, perfidiaq; non conſtant;

Sed

Sed mites, molles, veritatis amatores, & ut uno dicam verbo, qui ad Philoſophandum probè diſpoſitos habuerint animos; iuxta illud Ariſtipi. Procul hinc, procul eſte prophani. Illis inquam me ſatisfacturum arbitror. Itaq; rem aggrediens, Dico rurſus medicam hanc artem, non anguſtum quidem, ſed vaſtum habere orbem, ut dicit Hippocrates; in quo vnum memorabile monitum exiſtit; quòd in morbis materialibus, timore non vacantibus, à principio minorandum omnino ſit. Pro quo expreſſa eſt methodus in .xxix. ſecundæ ſectionis aphoriſmo, de qua nemo conturbabitur; ſunt etenim ſui dicti cauſæ, & rationes per Galenum ſaltem eo loci adductæ, quibus meliores non agnoſco; Quæ tam validæ, tamq; euidentes mihi ſemper apparuerunt, vt ſi contra uerum, bonum, ac vniuerſi vtile, perfidiosè pugnare noluerimus, huic medius fidius tam ſancto præcepto lubentiſſime ac cupidè aſſentiemur. Quinimmo vbi huiusmodi monitum hac in facultate non exiſteret, eius ſanè creationem perquirere deberemus. Obſtupeſco per immortales deos, quo nam pacto Galenus ab his tam probè ab eo dictis, per granum declinare vnquam potuerit. Non enim à reperta veritate ob apparentes rationes oppoſitas adductas, ita facilè inclinandum eſt. Dicebat enim Plato, nos vtiq; in proferendis ſententiis, graues eſſe debemus, ut ueritas obtineatur: qua in lucem ædita, quòd ab ea mox argumentorũ ui, diſcedere numquam debeamus; quæ ſi in vno non diſſoluentur tempore, olim vt nix à sole diluentur. Dico inſuper & ingenuè quidem, Quòd ad hoc monitum operi tradendum, non nulla tamen ſe offerunt impedimenta, ut executioni mandari non poſſit; primum propter ſubiecti circa quod uerſatur inconſtantiam; proinde ſuæ rationes, ſua ædicta, (ut ſupra dictum eſt) non ſunt ita perpetuę executionis, vti pertinaces eſſe contendunt. Nephas tamen, & inſigne quidem, eſt eum negare, & ab Hippocratis ſententia ipſum alienum reddere. Quod eo loci Galenum admittere, Raſè plus iuſto vſui tradere, Auicenã religioſè amplecti, Nullũ deniq; ex ueteribus reluctari cernimus. Video autè huiusmodi impedimentum à diuerſis poſſe prouenire cauſis, Ex parte materię, Item ex parte indiuidualium corporis proprietatũ,

ſe conficitur, tam in bono, quàm in nocuo, ad bonam maturitatem tendente: Sed ea quę à medico fit, accidit, quòd calido agatur, Item quòd craſſatione conſtituatur, quũ & frigido, & attenuatione fieri aliquando accidat. Neq; aliquis de hoc admiretur, quũ effectuũ ſanè diuerſitas, in agentiũ ac finiũ diuerſitatem referenda ſit: Ex quo ergo coctionis ad Philoſophum ſpectantis actio, naturę ipſi aſcribenda, quũ ipſa non ſit agens à propoſito, ad vnũ dũtaxat limitata eſt; & ſic vnum tantũ habet operandi modũ. Verũ medici ars ab eius prudentia recta, plures habet coquendi modos. Quod dico pro Doctore, qui ſubtiliter in hoc loquutus fuit. Cæterũ quũ ipſe ſimul cũ aliis confederatis ſecus rem hanc perturbet, commiſceat, ac confundat, nihil mirũ ſi ipſe cũ eis in errores inciderit. A quibus modò quęramus, ne dũ ut opportunũ ſed plurimũ neceſſariũ, Si huiusmodi cruditas, quam in morborum principiis volunt exiſtere, una tantũ, ac vnius modi exiſtat, ita vt veniente morbo in principio non plus cruda ſit in vno ægrotante, quàm in alio, ſed quòd ſumma in omnibus in indiuiſibili cruditas ſemper reperiatur, uel potius contra ſit, ideſt in menſura diuiſibili, & magnam quidem latitudinem habente conſiſtat; ita ut occurente morbo, in uno ſumma cruditas ſit, *in alio* etiam magna reperiatur, ſed non in ſummo, *in alio* uerò adeò modica, ut uerſus coctionis integræ terminũ tendere uideatur. Quæ tamen omnes cruditates ita gradualiter diuerſę à morbis per caſum corripi incipiant ſingulæ. Si primũ dicatur, quòd in indiuiſibili omnes principiorũ cruditates conſiſtant, ut expreſsè dicunt, atq; etiam ſic dicere coguntur, tertiam prorſus negantes naturam, ſibi ipſis tamen de more ſæpius contradicentes, nunc unũ, modò aliud aſſerentes, erit quidem in uniuerſis cruditas ſimpliciter, non in uno magis, quàm in alio exiſtens; & tunc tria inſurgunt inconuenientia. Primũ quòd in naturæ rebus illud non crudũ non reperiretur; & ipſi de mente Galeni concedunt, aphoriſmum .xxii. primę ſectionis corrupte legendo, atq; ponentes coctũ medendũ & mouendum, & crudum nec medendũ, nec mouendũ. Sed vt iſtud quod ii dicunt cũ Galeno, non ſit de mente Hippocratis, ſatis abundè monſtrauimus, per obiectũ quod ipſi ſoluere habent, quia ſic ſuam facere non potuiſſet exceptiuam. Secundũ inconueniens eſt, quòd ſic nullũ erit aſſignare morbũ, in cuius principio nos placito noſtro mouere poſſimus, cuius oppoſitũ dicit Hippocrates,

ſamem, & languores aſſiſtere non prohibuit; quæ miſericors Deus inſpiciens, infinita eius cum liberalitate & miſericordia artes parauit, Et preſertim hanc penè diuinam medicam facultatem, largas in ſe complectentem habenas, minimè ad vnam tantùm differentiam, veluti natura ad unam tantum limitata eſt, quę tantũ calido agit, & quæ craſſando tantũ procedit. At artem ipſam agenti à propoſito, conſilioq; humano deſtinauit, à quo mox tã celebris ars regulatur; Eapropter modò calido, modò frigido, modò craſſando, modò incidendo, ac uerſus ſabulũ conuertendo, ut inde quum ſuperfluat, ſabulũ uerè efficiatur, & inde (quod mirabile eſt) in corpore humano lapides gignuntur; tantũ eſt, quòd ſi coctionis primę phyſicæ opus ſit, ut coquibile in animal conuertatur, ſi probũ eſt, ſi uerò nocuũ, expellatur naturæ facultate, ſi valet, ſin autem, arte iuuetur, & boni terminus eſt de prędicamento ſubſtãtię, reliquũ uerò de prędicamento vbi. Quòd quũ non fuerit facultate naturę, ſed artis, & modò calido, modò frigido, modò una, modò alia, nunc craſſando, nunc attenuando, igitur quũ diuerſorũ ſint prędicamentorũ, aliamq; habeant generationis cauſam, quo nam pacto vnius ſunt generationis? atq; uniuoca dici poſſunt? præter hoc, quòd ita dicendo, ad maximũ ducimur ſcandalũ, ueluti inferius capitulo ſequenti dicemus. Falsũ ergo ac nimiũ prophanũ eſt dicere, quòd coctio phyſica, & quæ medica, vnius ſint rationis, eſto etiam quòd tam in probis quàm in nocuis aliquãdo idem ſeruetur inceſſus, puta natura craſſante humores ut coquibile in animal conuertatur, & ars nimis tenuis incraſſationem quærat, ut expellat; hæc namquè & illa incraſſatio, non unius prorſus ſunt rationis, quoniam finis non eſt idem, ſi unus ſit ad alimoniam, alter verò ad expulſionem: Modò licet finis, & ratio ſeu forma in ęternis idem ſint, non autem in mortalibus, ab eo tamen ſumi poſſunt. Neq; obſtat, quòd natura operetur & in congruũ, & in noxiũ, & quòd Philoſophus utrũq; opus cognoſcat, vbi tamen natura ipſa non poteſt, ars ipſa inſurgit, & Philoſophus ſe non intromittit ad huiusmodi opus, ex quo haud permiſſũ eſt de genere in genus pertranſire. Pro rato itaq; habendũ eſt, quòd alia atq; alia ſit coctio, & quæ ad philoſophum, & quæ ad medicũ pertinet: Et ſic nimirũ duo hęc coctionis genera æquiuocè ſe ſe inuicè habent; Nempè quę à natura fit coctio, ut modò diximus, calido per ſe fit; Item ſemper craſſatione per ſe conficitur,

ſe conficitur, tam in bono, quàm in nocuo, ad bonam maturitatem tendente: Sed ea quę à medico fit, accidit, quòd calido agatur, Item quòd craſſatione conſtituatur, quũ & frigido, & attenuatione fieri aliquando accidat. Neq; aliquis de hoc admiretur, quũ effectuũ ſanè diuerſitas, in agentiũ ac finiũ diuerſitatem referenda ſit: Ex quo ergo coctionis ad Philoſophum ſpectantis actio, naturę ipſi aſcribenda, quũ ipſa non ſit agens à propoſito, ad vnũ dũtaxat limitata eſt; & ſic vnum tantũ habet operandi modũ. Verũ medici ars ab eius prudentia recta, plures habet coquendi modos. Quod dico pro Doctore, qui ſubtiliter in hoc loquutus fuit. Cæterũ quũ ipſe ſimul cũ aliis confederatis ſecus rem hanc perturbet, commiſceat, ac confundat, nihil mirũ ſi ipſe cũ eis in errores inciderit. A quibus modò quęramus, ne dũ ut opportunũ ſed plurimũ neceſſariũ, Si huiusmodi cruditas, quam in morborum principiis volunt exiſtere, una tantũ, ac vnius modi exiſtat, ita vt veniente morbo in principio non plus cruda ſit in vno ægrotante, quàm in alio, ſed quòd ſumma in omnibus in indiuiſibili cruditas ſemper reperiatur, uel potius contra ſit, ideſt in menſura diuiſibili, & magnam quidem latitudinem habente conſiſtat; ita ut occurente morbo, in uno ſumma cruditas ſit, in alio etiam magna repertiatur, ſed non in ſummo, in alio uerò adeò modica, ut uerſus coctionis integræ terminũ tendere uideatur. Quæ tamen omnes cruditates ita gradualiter diuerſę à morbis per caſum corripi incipiant ſingulæ. Si primũ dicatur, quòd in indiuiſibili omnes principiorũ cruditates conſiſtant, ut expreſsè dicunt, atq; etiam ſic dicere coguntur, tertiam prorſus negantes naturam, ſibi ipſis tamen de more ſæpius contradicentes, nunc unũ, modò aliud aſſerentes, erit quidem in uniuerſis cruditas ſimpliciter, non in uno magis, quàm in alio exiſtens; & tunc tria inſurgunt inconuenientia. Primũ quòd in naturæ rebus illud non crudũ non reperiretur; & ipſi de mente Galeni concedunt, aphoriſmum .xxii. primę ſectionis corruptè legendo, atq; ponentes coctũ medendũ & mouendum, & crudum nec medendũ, nec mouendũ. Sed vt iſtud quod ii dicunt cũ Galeno, non ſit de mente Hippocratis, ſatis abundè monſtrauimus, per obiectũ quod ipſi ſoluere habent, quia ſic ſuam facere non potuiſſet exceptiuam. Secundũ inconueniens eſt, quòd ſic nullũ erit aſſignare morbũ, in cuius principio nos placito noſtro mouere poſſimus, cuius oppoſitũ dicit Hippocrates,

pocrates, inquiens, Inchoantibus morbis, ſi quid uidetur mo-
uendũ, moue. Nempè ubi ſemper & uerè in omnibus morborũ
principiis cruditas ſimpliciter exiſteret, numquam nobis licebit
in principio mouere, & ſic herclè cũ aduerſariis litem hanc non
haberem, meũq; ſponte errorem faterer, non in me tamen reici-
endũ, ſed in Hippocratem ita docentem, & Galenũ eo loci ſic
exponentem in .xxix. ſecundæ: Aduerſarios tamen inconſtan-
tes (eorũ pace) reprhendens, quòd ipſi ſuam frequenter tranſ-
grediantur normam. Quinimmo (quod turpiſſimũ eſt) eorum
aliqui ſecus quàm dicunt clamdeſtinè operantur, quod in om-
ni arte uiliori, ſordidum ac deteſtabile foret. Quid igitur agen-
dũ eſt in arte, quæ hominũ uitas pertractat & concernit? Porrò hi
ſic per uerecundiam agentes, uidentur longè plus magnifacere,
à Galeno iniuſtè damnari, quàm iuſtè tanto cũ diſpendio ab ipſa
ueritate increpari: Dico præterea me illos non ſine admiratione
damnare, quòd ipſi frequenter ſuam deferentes normam, Caſſi-
am, Mãnam, cũ ſpeciebus hyerę, aut cũ Reubarbaro, nil in mor-
bi materiã agentes, ægrotantibus in principiis exhibent. Id quod
in crudo ſimpliciter, quod ſtatuunt, ſecundũ nullam uiam agen-
dũ eſſet; etenim ſi crudũ huiusmodi fortibus obedire nequit,
quomodo huiusmodi leuibus obediet? Hoc nimirũ preterquã
quòd inconſtantiã oſtendit, nec rationi, nec Hippocrati conſo-
nat. Tertiũ verò quo nullũ peius uideo, eſt, quod ſenſui repu-
gnat; Caupones namq; crudũ ſimpliciter, à minus crudo, uiſu,
guſtu, tactu, diſcernunt. Dicuntq; id crudũ eſſe, quod nullũ
adhuc coctionis gradũ obtinuit, nec non ita crudũ, quũ aliqua
eius pars iam coqui ceperit, deinde coctioni propinquius fit,
ad integram cocturam uſq;. Et tunc poſtremũ coctũ appellant,
ubi paulò ante non crudum erat, ſicut principiante tempore re-
ctius crudũ ſimpliciter dici poterat: Non minus & hoc apud no-
ſtrates medicos uideri contingit, primum in urinis cruditatem
ſummam in aliquibus morborũ principiis, nec non ita crudam,
ultimo coctam cernunt; ergo inter ſimpliciter crudum, & ſimpli-
citer coctum, neceſſariò dabitur non crudum, ſiue non coctum,
quod apud nos non differt Hippocratem exponentes: Errorum
igitur omnium maximus hic eſt, uniuerſam cruditatem unius
gradus & in ſummo & in indiuiſibili cõſiſtere, & in omnibus ſci-
licet morborum principiis, arbitrari. Et tunc non leuis inſurgit
dubitatio, dicente Hippocrate, In principiis ſi quid uidetur
mouendum,

*Quòd hic ap-
pareat ſectæ le-
uitas uidetur,
credẽs cũ re mi-
nima tollere cõ-
troueꝛſiam ter-
giuerſando, quæ
ſanè leuiſſima
fuga, quæ nec
Galeno nec
Auicennæ conſo-
nat.*

mouendum, moue. De quibus nam mouendis ipſe intelligat? uel de coctis? vel de crudis? ex quo medium hoc non crudum ſecundùm eos non datur; Non quidem de coctis, quia in principio non reperiuntur, vt inibi dicit Galenus, & in libro de criſi, & aphorismorũ.iiii.ibi, Nigræ egeſtiones. Pręterea cocta mouẽda non ſunt, ſed medenda; Minus de crudis, ſi per eos cruda ſimpliciter ſunt, quia huiuſmodi nec medenda, nec mouenda, ſed dũtaxat coquenda; ergo à ſufficienti partiũ facta enumeratione non verificabitur eius dictũ, niſi tertia detur natura: Aliqui parum circunſpecti, de quorũ numero eſt fermè tota Galeni ſecta, dicunt, illum aphoriſmum de furioſis intelligi debere; Sed eorum mihi parcat authoritas; Nam quę veritatis eſt, & quas habeo rationes, fortius meum alliciunt animum, nam præter hoc quòd furioſa mouenda non ſint, ſed medenda, ſe nimirum terminorũ intelligentiam non habere oſtendunt; Quod ſic mõſtrabimus. Ab eis quęrentes, ex quo huiusmodi furioſa in principio per caſum ſunt, igitur uel cruda, uel cocta exiſtunt, quum per eos medium non detur; oportet ergo ut horum alterum detur, & non cocta eſſe quidem dicendum, quia huiusmodi in fine tantum reperiuntur, igitur cruda ſunt; ſed quoniam rurſus per eos, quæ cruda diiudicant, in ſummo & ſimpliciter exiſtunt, ergo moueri non poſſunt, per crudi diffinitionem, quæ per nullam potentiam à ſuo diffinito ſpoliari poteſt; parte altera mouentur, ergo mouentur, & non mouentur. Item qua cruda ad extra corpus moueri non poſſunt, & ſi mouentur, difficulter id fit, & cum uitæ diſcrimine, parte altera, quia furioſa ſponte & faciliter mouentur, & extra corpus cum ſalute educuntur; Ergo difficulter, & faciliter, & cum uitæ diſcrimine, parte alia quia furioſa ſponte & facilè mouentur, & extra corpus cum ſalute educuntur, ergo difficulter & faciliter, & cum ſalute & contra ſalutem. Pręterea ab his quęratur, ſi furioſitas crudo ſimpliciter in principio ſuperueniat, quid nam ei inducat? immobile prius quum fuiſſet; & profectò hactenus à nullo (quod uiderim) traditum eſt, crudum motui prępararí poſſe, niſi per coctionem; ergo ſi per furioſitatem huiusmodi crudũ factum eſt mobile, perinde eſt, ac ſi ei coctionem tradidiſſet; Quod omnino ridiculũ videtur, ut id quod coctioni non paret, ſed eã prohibet, minusq; aptum ſit ab animalis calore ſuperari, ſed contra potius eundem viuentis calorem ſuperare, crudum ſyncerum faciat eſſe coctũ:

Quærendũ quũ furioſitas cruda ſimpliciter immobili ſuperuenit, qd ei præſtet, ut mobile efficiatur.

eſſe coctũ: Hoc hercle humanũ captũ deuincit. Voluiſſé ut is doctor cũ cõſoribus hũc mihi punctũ declaraſſent. Voluſſé quinetiã, vt eius ſocius Galenũ pluribus in locis de furioſitate differentẽ inſpexiſſet. Ille preſertim qui tãtũ auet in augmento magis quàm in principio euacuationẽ fieri; Sic enim ullo pacto (vt facit) eã nõ p poſteriora & accidẽtalia pinxiſſet, quũ priora, & eſſentialia adſint. Riſibile autẽ eſt, quòd p putrefactionem, corroſionẽ, & quod deterius per repugnantia, vtpotè per ſtupefactionẽ quę ex toto repugnat, diffiniret. Vbi etenim furiolus humor ſtuporem induceret, non amplius moueretur (animatus quũ non ſit) quicquid ſtupidi quidam dicant, vt ex ſe moueri poſſit, quũ ab alio moueatur, ſcilicet à virtute ſentientis membri, quod ſtupidũ iam factũ, non ſentiret; Et ſic haud pelleret, atq; is non moueretur, longinquius autem quòd putrefaciat ac corrodat, quũ non in uno perſiſtat loco, licet fortaſſis ex depraua eius natura, vbi longa ſibi concederetur mora, id facere poſſe non negarem: Quòd autem ſuffocationem, aut inflammationem in aliquo membro inducere promptũ ſit, ut ſubdit, facilè admittimus; de quo genere illæ ſunt inflammationes, de quibus Auicena inquit, quòd permutantur de hyrſen, in syrſen, & in anginã, & è contra; ut ego dũ huic artí incũberẽ (licet raró) euenire vidi ut ſupra dixi: Verũ Galenus ut in difficilimis agendũ rebus p idoneam ſimilitudinem nos docuit, á qualitate in animalium ſemine inducta, à qua ipſa poſt in venerem concitantur, atq; exagitantur, & ad furorem ducuntur: Etenim quũ excrementũ utile ſic ab Ariſtotele in libris de animaliũ generatione appellatũ, coctũ eſt, quòd ex optimo elaborato ẽ membrorum alimento ſuperabundauerit, ueluti quũ à figura integrè depicta, de andercelli colore eiusdem met perfectionis quid modicum ſupererit, id in quam per ſimilitudinem quod á nutritione ſuperuacuũ eſt, aliam mox nimirũ induit qualitatem, quum pro illa determinata ſtructura, opportunum plus non ſit; qua ſanè in eo noua acquiſita affectione, non amplius aptũ eſt in præcedentem, ſed ſubſequentem potius, & non intrinſecũ quidem, ſed extrinſecũ finem pertranſire: etenim quũ pro huiusmodi indiuiduo inutile prorſus quũ ſit, pro ſpetie aptiſſimũ conficitur, hic Philoſophorum ac medicorũ ingenia, naturæ artificiũ admirentur. Quũ igitur excrementũ hoc vtile ita affectũ, tamquam in depoſito ſeruatũ, neque amplius ad membra retrocedere idoneũ ſit, quinimmo

Quo nam pacto furioſitas in humore non quo uis ſed depoſito, ueluti actiuorũ actus effici ſolent, efficiatur, p ſimilitudinẽ inducta femine.

præter modũ, ac naturæ finem retentũ, ad tetrici veneni potius conditionẽ conuerti promptũ eſt, nullũq; aliud circa ipſũ agendũ eſt negotiũ, quàm vt amatę puellæ delitiarũ noſtrarum amplexu expellatur; ante id puliat, naturam petit, & irritat, quæ ita maximò impetu concitata, nec quieſcere, nec ſtare loco valet, atq; in omne periculũ, omneq; diſcrimen audet. Ita quoq; humori huic, furioſus quum efficitur, ſibi hoc proportione euenit, certa enim in eo tam proterua qualitas inducitur, vt mox uniuerſæ membrorũ familiæ odioſus reddatur, vt non amplius benignationi, nec eius correctioni locus ſit; quamobrem nil aliud ſibi relictũ ſit, niſi ut mixtũ id tam uitiatũ, tamquam noxiũ ad extra corpus mittatur (& repentè quidẽ,) Alioquin per mẽbra inordinatè mouetur, veluti in animali venere turgente materia, & hæc furioſitatis eſt eſſentia, ſuaq; ſigna, & cauſę, per quę principii tempore cognoſci poſſunt, ſimilesq; ſunt qualitati iam dictę in ſemine exiſtenti: & ita (ni fallor) furioſitas deſcribenda erat, non per gratũ, vel ingratũ, per alterationem, ac putrefactionem: Verũ quia vt dicit Philoſophus agentiũ actus non niſi in propria ac idonea conſtituuntur materia, quũ non ex omni ligno Mercurius efficiatur, eapropter huiusmodi qualitas furorem ac mobilitatem inducens in quacunq; herclè materia fieri credibile non eſt; quia non in cocta, ex quo ſub imperio naturę exiſtens, ei obedit, atq; ab ea ſeruatur, & expellitur, atq; in ſuũ expulſionis terminũ dirigitur; Minusq; in cruda ſimpliciter immobile, cum qua nulla ſimboleitas, nullusq; per naturam facilis tranſitus exiſtit, proinde iſtius furioſę qualitatis minimè capacem eſſe arbitrandũ eſt: Sed quòd potius in oppoſitũ immobile cõuerti debeat, credẽdũ eſt, quũ ab humoris natura ipſũ crudũ ſimpliciter declinet, & q; potius nõ humor ſit quàm humor. Neq; illi amplius humoris diffinitio ſibi cõgruit, nec is plus humor dici poteſt, quàm uapor aqua dicitur, qui nõ plus aqua eſt, quàm de potẽtia eſſẽtiali exiſtẽs, vt formã uaporis ſubſtantialẽ linquat, & eã quæ ipſius aquæ induat: Atq; hic pariter dicendũ, humorem ita ſimpliciter crudũ fluere non poſſe, niſi de potentia eſſentiali, vt eam exuat formam (ut ſic dixerim) quòd coctione & longa quidem, eam quę humoris formam acquirat; Me in bono capias ſenſu, inquiens tu ſic ponia priuatione ad habitũ regreſſũ, eſt enim illa humorũ forma, quę ſimplicibus fermè debetur, & illa eſt, quę actũ negat, & non habitum: Tu (ſi uis) intelligas illum

Quòd furioſus humor non ex quacunq; efficiatur materia, ſed ex non cruda tantum, de quo infra.

illum ſubſtantiæ modũ, quo humor undequaq; naturę rebellis, qui natura, & arte demoliendus eſt: Modo ad noſtrũ reddiens, ſi quæ furioſę qualitatis ſubiectũ eſt, materia non cocta exiſtit, minusq; cruda ſimpliciter eſſe poſſit, igitur non cruda neceſſariò eſt. Valeat ergo Examinator cũ eius claſſe, dicens crudũ ſimpliciter furrere poſſe (verbũ quidẽ nullius prorſus conſiderationis) Nẽpe quum nec ex cocto, nec ex crudo effici poſſit, aliud herclè quoddam inueniri opus eſt, à quo efficiatur; & nullũ eſt, niſi illud quod dicit Hippocrates, quũ inquit, Moue non crudũ. Niſi ſit furioſũ, ex quo, ſupple non crudo, huiusmodi furiosũ efficitur, tamquam ex aliquo ſecũ communitante; à quo deinde Hippocrates ſuam facit (vt patet) exceptiuam: Quomodo nam Examinator (niſi tu literam corrumpas) ipſe clarius dicere potuiſſet? loquens de non crudo, & dicere, niſi ipsũ turgeat? ſupponens quòd turgere poſſit, Veritas enim ſibi ex omni cõſonat parte. Profectò qui humorem crudũ ſimpliciter furrere dicit, de re quam neſcit, loquitur; Quod par eſt, ac dicere albũ nigrũ eſſe; quod de uiridi ac rubeo, non æquè inconueniret, quũ vtraq; huiusmodi media ex albo & nigro conſtituantur: Eodem modo de furioſo dicendũ eſt, ex non crudo medio, quũ mobile ſit, & naturę minimè parens, non credibile quidem eſt ex prorſus immobili effici poſſe, neq; ex mere cocto, quia ſecundũ totũ naturæ paret; At benè contra (ſi ſapimus) fateri debemus, quòd ex medio confici debeat, quod partim mobile, partim non, quale eſt non crudũ, partes habens coctas mobiles, & partes crudas immobiles: Quod dico propter Doctorem admittentem mediũ dari, at dubitat deinde quale hoc ſit mediũ, & ſi uult, ſic capiat. Abhorret namq; natura, ab extremo ad aliud tendere, abſquè quòd prius ad mediũ ueniat; Sed de his hominibus ſanè nihil eſt quòd admirer, eis etenim ſatis eſt Galeni verba tumultuariè adducere. Quod de Doctore penultimo non dicam: qui à ſe ſolo candidè loqui fatetur; quod nec probatione indiget, quia eius dicta, authoritate, & ratione frigeant: Ad noſtrum modò unde diſceſſimus reddeuntes, Enimuero nos ſuperius argumentati fuimus, & non immerito aduerſus dicentes, omnia in morborum principiis cruda eſſe, cruditate ſumma, & ſimpliciter, in indiuiſibili exiſtente, & ſic omnia tunc ineuacuabilia exiſtere. Rurſus contra eosdem inſtemus, quia eorum dictũ à veritate longè abeſt, nam ſi in indiuiſibili eſt cruditas, moueri quidem non poteſt,

Praua & impoßibilis opinio, furioſum ex crudo ſimpliciter fieri.

illud quod ſic crudũ eſt, maximè ſi ſecundũ ſubiectũ ac magnitudinem indiuiſibile fuerit, huiusmodi indiuiſibile ſecundũ locum vtiq; moueri non poſſet, vt phyſicorũ. vi. examinatũ eſt: Si verò ſecus capiatur indiuiſibile, puta ſecundùm quale, non erit igitur alterabile, vt phyſicorũ. v. Ex quo motus inter ea in quibus non eſt mediũ, fieri quidem non poteſt: Quapropter Ariſtoteles eo loci dicit, motũ in tribus tantũ reperiri prędicamentis, in quibus exſtrema contraria & mediũ exiſtunt. Quorũ planè dictorũ maiorem hic non deſidero euidentiam, ab ea, quam inibi Ariſtoteles oſtendit, nam Medicus Philoſopho credere debet: Neq; ego ille ſum, qui motũ inter contraria fieri eat inficias. Itẽ minus nego aliqua dari contraria, inter quę non eſt mediũ reperibile. At motũ fieri poſſe inter huiusmodi contraria, inter quę nõ eſt mediũ, hoc illud vnum eſt, quod ego conſtanter nego. Nẽpe ad hoc quòd motus inter aliqua inſurgat, neceſſariũ eſt, ut cõtrarietas & non priuatiua quidem exiſtat, ſed quòd poſitiua illa omnino ſit; Qua ratione illuminatio non motu, ſed quadam ſubita mutatione acquiritur. Quinimmo nec omnia quę uere ſunt contraria poſitiua, mediũ inter ſe etiam habentia, motu ſemper ſibi proprio adipiſcuntur, ſed alienum aliquando inſequuntur motum, cuiusmodi qualitates ſecundæ exiſtunt. At quod plus eſt, ut nec contraria uera & poſitiua ſunt, & mediũ habentia, qua ratione & motu vero proprio acquiri poſſunt, non tamen ea sẽper motu fiunt, ſed aliquando ſubita mutatione adipiſcuntur, ueluti per generationem, ut Diuus Thomas latinorũ decus, docet. Modo ad propoſitũ reddeuntes, Si cruditas indiuiſibilis eſſet, ſecundùm quale huiusmodi crudum nequaquam alterabile eſſet; Parte altera ipſum coquere ſtudent, & ſic, ergo ſecundùm eos erit alterabile, & non alterabile. Inſpicite lectores præſtantiſſimi, ad quę turpia hi deueniunt. Video hic me loco Artis medicę, Philoſophiæ ſacraria ingredi coactum. Quòd ſi igitur & longè quidem melius, cruditatem latitudinem habere, & magnã dicamus, ut potè cruditatis ſimpliciter primũ, & illam quę ſecundùm quid, partes habens coctas & crudas; quũ autem euacuatio coctionem inſequatur (quęq; illa ſit coctio) uel quia ea naturę opus aliud fortè intendentis ſequta fuerit, quoniam hoc nobis non obſtat, vbi certe nulla coctio reperta fuerit in morbi principio, nulla quidem euacuatio nec tentanda, nec deſideranda: At ubi aliqua imperfecta ac diminuta in principio apparuerit,

ſicuti

ſicuti ut plurimũ apparere ſolet, vt diximus, & dicemus; Cur inquam ſi res ſic ſe habuerit, quòd imperfecta coctio fuerit inuẽta, proportionalis in eo principii tempore, ſi videbitur vt dicit Hippocrates, non conueniet? ſcilicet parca, & nequaquam vniuerſalis, ſicut in alio tempore, puta poſt ſtatũ, quando perfecta fuerit coctio, ex communi conſenſu, vniuerſa atq; completa euacuatio admittitur. Hic aduerſatoris calumniam inſtantem video, quia tamen facilis eſt reſponſio, verba ſupprimo. Atq; ad me reddiens dico, Quòd dicere cruditatem non eſſe diuiſibilem, eamq; ſemper talem eſſe in omni morbi principio, videlicet ſimpliciter crudam, Hippocraticum non eſſe dogma teſtamur, Ex quo ipſe diuiſibilem eſſe ratus eſt. Eapropter per oraculi modũ eã propoſuit methodum, qua in morborum principiis voluit nos mouere, ſed non mederi, niſi turgeat humor; nam ſi turgeret, eo caſu concedit ne dum mouere, ſed mederi; cuius cauſam nos infra dicemus, Cur potius liceat in vniuerſũ materiã ĩquietã purgare, quietã uerò ſic in vniuerſũ nequaquã, quũ tamẽ ambę non crudę ſint; videtur enim furioſitas hanc in ſe habere pprietatẽ, q; tota ſimul in principio euacuetur materia; hanc ſanè qualitatẽ ipſa habet, cũ aliis ei⁹ qualitatib⁹, Inter quas nõ plus fœtoré ei adnumerare vellẽ, vt penultimus doctor arbitratur, quàm melãcholico humori nigredinẽ tribuere (vt ſcitè quidẽ Aueroes medicos reprehendit) Nempe color ſic ſe habet ad animales ſpiritus, ſicuti fœtor ad ſolida corporis membra, quę tactus quidẽ, nõ autẽ odoratus aliorũq; ſenſuum capiunt, atq; hæc concinentiũ eſſe uerba, ipſe ait; ſic quoq; nos per ſimilitudinẽ contra declarantes turgentiã p fœtoré nos obiciemus. Quãdo p calorẽ, aduſtionẽ, aut aliam prauã pportionẽ declarare debuiſſent, quę inquietos humores reddere poſſet, vt nõ ad vnã tantũ, ſed ad incertas concitet ſedes. Qua ratione Hippocrates non particulari quidẽ huiusmodi furioſos humores, ſed vniuerſali purgatione euacuat. Quòd ſi ſecus hi quieti forent, licet ad unã dũtaxat mouerẽtur ſedẽ, ut ad gutur, uel coſtas, nõ uniuerſalẽ ſed particularem fieri pręcipit; licet hoc faciat cũ veratro, & peplio, nõ in ea tamẽ menſura quę totã morbi materiam expellat, ſed tantũ eius partẽ: Quam herclè medicinã Auicena eius placito Forté Debilẽ appelat; Ex quo nõ ut turgẽté, Hippocrates (vt ii putant) qui tãtũ ore nõ corde loquũtur, ſed ut quietã euacuat, quę tamen multa & mala ſit, & non cũ leui,

Quòd furioſitas nõ plus fœtorem in humore inſequatur, q; melãcholica affectio altræ bilis nigrorem.

ſed cum forti medicamine euacuatio facienda eſt, ut dicit Auicena, ſicut in eius expoſitione infra videbimus, contra illuſtres medicos tuſcos. Falſiſſimũ ergo atq; impiũ eſt, cruditatẽ ipsã ut indiuiſibilẽ accipere, ex quo ratione & ſenſu cõprobatũ eſt, diuerſas quidẽ eſſe cruditates, ſecundùm diuerſas uiuendi hominũ rationes: Quod ſi ita ſit, quòd principiorũ cruditas in indiuiſibili nõ conſiſtat, aduerſantes in caſſes decidunt. Quod nos facile ſic oſtẽdemus. In primis aduertentes quòd hic illã nolo ingredi difficultatem, An primũ in alteratione reperibile ſit, & hoc affirmatiuè, uel potius negatiuè. Quam difficultatẽ docti ſciunt Philoſophũ in calce libri de ſenſu & ſenſibili exactè pertractaſſe. Ab hac libẽter declino, ne illi qui mihi toties aures extorſere, de curioſitate calumnient. Et eo libentius id ago, quũ Galenus primo de criſi ſic fecerit, quũ duo morbi principia prætermiſerit. Nos autem rẽ ipſã doceamus, his conformiter, quæ in principali cõmentario diximus, de hominis ſcilicet natura in ſe magnã latitudinẽ habẽte; quũ quidã extremè vitioſi, contra quidã eximię probitatis reperiantur, quorũ vtriq; perrari ſunt; Quinimmo adeo aliqui ſupra hominis naturã videtur, ut diis magis, quàm hominibus cõferendi ſint; contra alii adeo infra homines, ut dæmonibus ſatius inſerendi; quidam uerò in medio reperiuntur, quos pariter uirtutibus ac uitiis affectos eſſe videmus; Et hi proprie ſunt homines qui in cõmuni hominũ uſu nobis occurũt. Hosq; ſolos homines, ſecundùm naturã exiſtere dicimus, atq; veros eſſe homines, quũ ſecundùm plurimũ huiusmodi naſcantur, ex quo illi extremi raro apparent, tã qui diis, quàm qui dęmonibus ſimiles eſſe videmus. Modo nos æquè dicamus in morborũ principiis accidere, Poſſũt enim in homine prauę cuiusdã tẽperaturę ingluuioſo, otioſoq; regimine utente, humores conſutanei generari, cruditatẽ ſcilicet extremã refferentes; Cõtra uerò in homine, ſi nõ mędię & ęqualis tẽperaturę, ei tamẽ vicino, cũ exquiſito uictu recto, ita ut in eo porrò ſuccos probę coctionis fieri lõgè euidẽtius eſt, quàm ut ꝓbatione indigeat. Erũt igitur in homnibus reperibiles humores sũmè crudi, ſummè cocti, ſi iure effectus ipſi ſuis cauſis aſſimilari habeant; Quòd ſi ſic, ergo Ariſtotelicè loquentes, ſi in humorũ congregatione quidam ſummè crudi, quidam sũmè cocti, vel integrę coctioni proximi reperiri poſſunt, Cur & æquale quoddam medium inter iſta non reperietur? Veluti Philoſophus

Falſum & erroneum ac impium cruditatẽ eſſe indiuiſibilẽ dicere.

Cõparatio apta & idonea in cruditate humorum & eius oppoſito et medio in eorũ latitudine, ad latitudinẽ humanæ naturæ in perfectione & eius oppoſito et medio.

loſophus, quum de melancolico humore ad ſapientiam ducente, probat; quando ſcilicet ſub temperato ac mediocri ſtatu inter calidum & frigidum fuerit, quem hercle lapidi & non alteri entium, ſumma cum ratione comparauit; Inquiens quum ſub nimio frigiditatis gradu ad ſtuporem ducente, contra uerò ſub nimio frigiditatis gradu ad ſtupiditatem vehente, contra verò ſub caliditatis excellenti menſura ad maniam & furorem impellente, reperiri poſſit huiusmodi humor, inquit ipſe; ergo pariter ſub æquali quodam gradu inter calidum & frigidum ad ſapientiam mouente, inueniri continget. Aiens, vbi datur maius & minus, ibi quoq; & æquale erit. Ita & nos dicimus, quũ in homine ſummè crudi, ſummè cocti humores contingere poſſunt, dabuntur & hi, qui medio gradu conſtituti erunt: Dico autẽ ſummè crudi, vt in his qui frigido habitu, otioſè, ingluuioſéq; uiuunt, qui nullo modo euacuandi ſunt: Dico ſummè cocti, ut in iuuenibus fortibus & calidis, quibus ſuperueniat febris valida, qui ſanguinis fluxu è naribus, in primo paroſismo liberantur. Et addit Auicena hoc confirmans, ſi ſuperuenit vomitus, aut uentris fluxus; quas ſanè actiones natura ipſa in morbi aduentu quando poteſt, tentat; perinde ac medicũ inſtruat, ut ipſe quoq; idem faciat, quum ipſa in morbo obſeſſa id facere nequeat, ut eius ſarcinam tollat, & alleuiet. His itaq; omnibus paratis, tam qui crudi ſimpliciter, quàm qui cocti, & verſus ſummum, & qui medii inter hos ſunt, quis nam credet, niſi fatuus, in omnibus dictis humoribus, in morborũ principiis, cruditatem eandem exiſtere? eandem euacuandi difficultatem ineſſe? atquè eundem imminere timorem? Profectò quilibet mentis compos, fatebitur in humoribus ita diuerſimodè paratis, cruditates non easdem, ſed admodum diuerſas occurere; vbi preſertim in diuerſis ſubiectis, vno eodemquè tempore, ſimul à morbis corripi ceperint (quisquis is ſit præter naturam affectus) & ſit verbi gratia febris, quæ ex putredine. Item fatebitur, & libenter, quòd harum omnium cruditatum, illæ quæ in medio conſtitutæ ſunt, plus & frequenter in humano conſortio reperiuntur, & magis quidem ſecundùm naturæ curſum adinueniuntur, ſicut & ſecundum plus earum cauſę comperiuntur. Quum maximè perrari ſint homines, qui ita in crapula, & in otio uiuant, ut eorum ſucci cruditate ſimpliciter polleant. Similiter quoque

contra

contra perrari ſunt homines, qui ita medeſtè, & (ut aiunt) regiſtratè, ut in cruditates uel nõ incurrant, vel admodũ in paucas incidant; qui uerò in multas & cruditates & coctiones verſantur, hi ſecundùm plus & magis ſecundùm naturam reperiuntur. Hinc apparet cruditatem non tantum ſecundùm genus diuerſas habere ſpecies, ſed earum vnamquamq; plures habere eſſendi modos, nequè in uno quodam indiuiſibili conſiſtere, ad quos ſanè ſic diuerſos humores, ipſi in eorum gradibus & ſubſtantialibus partibus diuerſimodè diſponuntur, eorumquè pars vna ductilis, trahibilisquè eſt, alia uerò non æquè: Quum igitur hæ cruditates maiores aut minores reuera humorum ſuarumquè partium naturas inſequantur, nedum meo quodam placito, ſed iure ipſo huiuſmodi cruditates poſitiuas vocare duxi; quas in morborum principiis in diuerſis tamen ſubiectis, non easdem quidem ſemper reperiri contingit, ſed ſæpius plurimum diuerſas. Verum præter has poſitiuas, aliam quidem cruditatem exploratam habemus, quæ omnibus prę eſt morborum principiis, non diuerſa quidem, ſed perpetuò eadem prorſus reperitur; quam etiam placito noſtro, priuatiuam uocamus, & iure ipſo: Ex quo ſic ut id quod cruditatis naturam ponit quandam, hoc uerò genus caloris actionem omnino priuat, uidelicet nondum actam in huiusmodi materiam cuiuscunq; cruditatis, vel multæ, uel minimæ, uel mediæ fuerit, (quæq; ſit) in principio ſic repertæ: Dicitur autem morbus huiusmodi caloris ratione nondũ inchoatę crudus, & incoctus, videlicet priuatiuè, quod ideo ſic diximus, propter impotẽtes diſtinguere iter poſitiuũ & priuatiuũ. Etenim quũ coctio reuera caloris agentis in morbificã materiã inſequatur, & calor in principio adhuc ſit, merito huius, nulla quidẽ ſibi coctio aſcribi poteſt; Ex quo nõdũ egit, nõdũq; ſibi aliquid ſui impreſſit, quum maximè in agendo repatiatur, vt dicit Ariſtoteles; à quo mutuo Galenus accepit, ſi modo naturalis calor niſi in tẽpore ſuã poteſt manifeſtare actionem, hac ſcilicet intelligendo uia, nũc nõ agit, ſed immediatè poſt aget: Quapropter calor in huiusmodi principio ſuę actionis, puẽtũ manifeſtare niſi in tẽpore ſẽſibili nõ ualet, quũ ad uictoriã nullũ adhuc effectũ, pducere potuit. Et eſto quòd in morborũ principiis nebula in urinis quandoq; repreſentari contingat, id nõ quidẽ ratione caloris coquẽtis exiſtit;

Dico

Dico coquentis crudũ ſimpliciter, uel ei proximũ, ſed agentis in materiam aliqua coctione pollentem; ſecus ea in principio non apparuiſſet, ſi illa poſitiua cruditas in ſummo fuiſſet. Hinc apparet practicantium error, dicentium huiusmodi nebulam non reſecari à morbi materia, quum etiam ab ea met reſecari cõtingat, ſed non merito actionis inchoatæ à calore nouiter tranſmutate, ſed ab ante habita paſſi diſpoſitione: cuius ratione prolixum aut breue morborum principii tempus euenit; atq; iſthęc priuatiua cruditas tam diu repreſentatur, ſecundùm quòd plus, aut minus materia cruda cruditate poſitiua expoſtulat: Quòd ſi ergo à principio repetentes ita ſit, ut exiſtentibus materiebus crudis cruditate ſimpliciter, nec medendum, nec mouendum, cur ſuperueniente morbo materiebus non crudis, multis, & malis, licet non furioſis, eas mouere; ſeu triuialibus vtendo uerbis, minorare non debemus? Neq; hic illam facio difficultatem cuiusdam uiri docti, videlicet quòd vbi parca hæc agenda foret euacuatio in principio, ſi Hippocrates eam cum pharmaco fieri uoluiſſet, non congruè ſaltem eo uſus fuiſſet termino, inquit ipſe, videlicet, Mouere; quoniam perinde eſſet, ac ſi pilam pertractaſſet: Ridiculè (vt puto) dictum: Profectò hæc non mihi videtur ratio, ſed nec rationis imago, ſed potius inſignis ſectæ videtur affectus. Quam enim quæſo Hippocratem pilam intendere hic doctor poteſt arbitrari? Quum ipſe cõformiter his quæ in. xxix. ſecundę ſectionis loquitur, quũ dicit, In principiis ſi quid uidetur mouendum, moue. Verum eſt, quòd ipſe cum ſecta reſpondebit, Hippocratem eo loci adducti nõ intelligere Moue, ideſt cum pharmaco, ſed cũ ſanguinis miſſione. Porrò ſi qui ſanguinẽ mittit, ſolus ille moueret, intelligibilis forte eſſet huiusmodi interpretatio; Verum quia vterq; mouet, Neſcio quomodo hi ita ſibi ſumunt, hoc ſcilicet tribuendum eſſe ſanguinis miſſioni, magis quàm aliorum humorum eductioni: Nempe ſic dicentes, à recto, & ab Hippocrate, & ſenſu ipſo declinare uidentur; quum mouere, & mederi, potius connotent humorum quantitatẽ educendam, quàm inſtrumentorum determinationem; ut potè per mouere, imperfectã euacuationem, & per mederi, cõpletam uoluerit, ab omni inſtrumenti genere (& conſultò quidem) ſe omnino præcauendo.

Cap. Quintum

Quæstio famosa, An quum Hippocrates & Galenus minorationem in morborum principiis volunt, sit per sanguinis missionem sẽper intelligendũ.

Quæstio, An quũ Hippocrates et Galenus de minoratione in principio morborum faciendã loquantur, semper intelligendum sit per sanguinis missionem.

Verùm quia hoc dictum per sectã famigeratũ iam est, viresq; magis acquirit eundo, de hoc destinatè nunc loqui intendimus: videlicet quando Hippocrates & Galenus dicunt, quòd in principiis mouendum sit, si in obscuro & quasi per ænigma de sanguinis missione intelligere uoluerint, An potius id verbũ ab Hippocrate prolatum absolutè fuerit; vt qui iudicio ualent secundùm materiæ exigentiam interpretari ac eligere ualeant (vt melius credimus) Videmus autem aduersatores Galeni auspiciis cuncta quidem asserentes dicere, hos primos nostros duces intelligere has motiones per sanguinis missionem, & non alioquin existere, quos sanè libenter sic ego interrogarem, quid nam per eos in aphorismo .xxix. secundæ sectionis Galenum mouerit in sanguine vel eo solo, uel cum aliis peccante, ad venę sectionẽ. Profectò (si sapiunt) non secus respondebunt, quam Galeni uerba imbi dicunt, videlicet, quò minore iam facta materia, reliquũ melius coquatur. Quòd si sic, cur aliis à sanguine peccantibus humoribus, quibus uenæ sectio non congruit, pari consilio suum sibi proportionale euacuans propinandũ non erit? & longè quidem efficatius eo in genere, cui magis ac proprius coctio conuenit. Item cur hoc in casu præ nimio pondere laborante natura alleuianda non est? cum in partem si satis sit, in totum fortassis minimè, presertim in non crudis, licet multis, & malis. Respondebunt (ni fallor) Galenum in expositione .xxii. hoc soluere, licentẽ cruditatẽ purgationi prorsus obstare; nã qui crudi sunt humores, contumaces existunt, nec naturæ obsequuntur, & si purgare eos velimus, illam sponte adminiculantem non habebimus, & purgationem grauiter feret, quando vnà prauis cũ humoribus bonorum quoq; nõ parua quantitas expurgatur; et enim ipsa post coctionem à malis bonos secernit, atquè simul cum medico ad expellendum insurgit. Quibus nos dicimus ut prius, rationè istam prædicto laborare morbo, id vni generi tribuere, quod rectius alteri applicandum foret; in qua si naturam sponte adminiculantem non uidemus, eam saltem rebellem non inspiciemus. At de hoc in obiectionum responsionibus diligentius contemplabimur. Verũ postquã hi nobis assentiri nolunt, hac

ratione,

ratione, quòd tunc principii tempore eruditas nimiũ uigeat, hoc eis condonemus, qui nobis aliquid preſtare nolunt. Dicant quęſo, quando Hippocrates aphorismorum. ii. prȩcipit nos in principio mouere, an tunc coctionem nondum factam, & mali à bono ſeparationem nondum actam, ſibi conſtaſſet? Si dicunt (ut nec ſecus dicere poſſunt) ipſum quidem certum extitiſſe, illa in principio non confecta fuiſſe, ſed deinceps iſta procuranda omnino fore, Cur igitur tam ſapiens, tamquè benignus Magiſter, nos ad errores manuduxit? uelle nos crudum intempeſtiuè extrahere? velle nos inſeparabile ſeparare? Præterea in eorum faciem vniuerſum contrarium operandi modum à veteribus habitum, teſte ipſomet Examinatore, illorum authoritatibus per compendium traditis, opponemus. Item cur Galenus eo loci Hippocrati conſentit? Qui minorationem in meliorem coctionem faciendam deſtinauit, ſemperq; verum ſit, ut id quod in alterius eſſe ordinatur, id omnino anteire habeat. Nemoq; eſt, qui uir frugi ſit, qui de hoc dubitet. Ergo ſi Galenus propter meliorem coctionem faciendam, minorationem fieri uelit, & quũ coctio proprie aliis à ſanguine debeatur, ex quo ſanguis de his eſt (ut dicit Auicena) in quibus expectanda non eſt coctio, ſi inquam euacuationem vult propter meliorem coctionem agendam, ergo ipſe euacuationem fieri vult prius, propter meliorem futuram coctionem ad Hippocratis mentem, inchoantibus morbis precedere: & ſic negare non poſſumus Galenum eo loci ſaltem ſecundùm Hippocratem in morborũ principiis euacuationem ipſam prȩcedere coctionem, & non contra; in his preſertim, quę vtramq; & euacuationem, & coctionem patiuntur, & non vt hi perperam arbitrantur. Amplius materiæ quæ in morborum principiis ut plurimum reperiuntur, quæ ſecundũ Hippocratem mouendę eſſent ad minorationem cũ pharmaco, & deinde ad coctionẽ, ita ſe habent, ſicut quæ ſanguis eſt ad venę ſectionem; ſed huiusmodi confeſtim ſine coctione cũ phlobotomia euacuantur, deinde coctioni attenditur, ergo pariter agendum in alienis à ſanguine, & in illis preſertim, quas moueri & minorari conſulit, quas primum euacuari ſecundum partem, mox ſecundùm aliam coqui intẽdit: Dices ſecus planè eſſe de ſanguine & de aliis humoribus, nam ſanguis, & quę cũ eo cõmixta ſunt, eo vincente, nullã prorſus prȩparationẽ à coctione expectare oportet, Quod ſi ſic, quòd ſanguini & ei proportionali pro eius

celeriori

celeriori eductione coctio haud requiritur, eodem modo dicendum in non crudis humoribus, qui quũ non ſunt crudi ſimpliciter ſecundùm omnes eorum partes, quarum aliquæ coctæ, & aliquæ crudæ, adminus in eius principii tempore, pro euacuatione, pariter quoq; ad illas coctas pro eorum euacuatione ſecundùm Hippocratem coctione prorſus noua & arte inducta nõ indigemus, qua primum coctione à natura ſic acta, quò ad illas coctas partes nulla eſt coctionis indigentia, ſicut mox circa reliquas crudas remanentes coctione ſtudendũ, quas ſine coctione euacuari enixè interdicit. Ad hoc uſq; igitur perducti ſumus, quòd in ſanguine, & ſanguineis, ſectione uenę certò indigemus. & quòd in aliis humoribus ſi alia ſit ratio, proportione tamen reſpondere debet, quòd in ſuo genere euacuatio præcedere debeat, & deinde coctio ſubſequi habeat: Quòd ſi ſic, quo nam pacto in morbis ut plurimum occurentibus, qui non ex ſanguine nec ei mixtis, interpretari abſolutè ita poſſumus, eorũ euacuationem cum phlobotomia fieri? quum per eam coctio frequenter impediatur, ne dum iuuetur, ita vt per eam crudũ frigidum magis incrudetur, & calidũ excandeſcat? Iccirco Auicena ſuum illud famoſum dixit uerbum, videlicet, Caue ne ęgrũ ad alterũ duorũ perducas, aut ad calidorum inflammationem, aut frigidorũ incrudationẽ, ut primi quarta, & rurſus quarti prima clamet, inquiens. Et conſiliũ meũ eſt, ut poſtponatur phlobotomia quantũ poſſibile eſt, Dicas Examinator cum ſecta, ſunt ne iſthæc uerba ſeriò dicta? an potius ioco? ſunt ne ſomniantis? aut probè cogitantis hominis? eo namq; caſu ſanguis ſeruatus coctionem adiuuat, & ad optimam faciendam criſim perbellè parat, naturę dilectus filius quũ ſit, in quo anima ipſa ſe locat & fundat, & in quem nec temere, nec ferro, niſi forti ex cauſa agere debemus, cũ maximi quidem diſcriminis non rectè conſulta uenæ ſectio eſſe ſoleat.

Illuſtriſſimi Francisci Gõzagæ Marchionis Hiſtoria de eius uenæ ſectione exitus.

Vt olim in Illuſtriſſimo & inuictiſſimo principe, Franciſco Gonzaga Mantuæ Marchione, contigit; Qui cum ex frequenti bile herisipelate correptus foret, ei in principio ſecta vena, pauco interpoſito tempore, uitam cũ morte permutauit: Poſt cuius interitum, en quod aſtronomicũ præſagium fuit inuentum. Inquiens, Illuſtriſſimus hic, calidi quidem morbi cauſa, uitę periculo ſubſtat, anno .1518. qui ſi phlobotomabitur, diem ſuum claudet extremum: Quod planè pronoſticum fatidicum ac nimiũ uerũ inuẽtũ fuit: Quã rẽ Auicena maximus huius artis ſpeculator digitò

monſtrauit,

monſtrauit, per ea potiſſimũ uerba à Raſe deſumpta, auro quidẽ inſcribenda, inquiens, quòd poſt caſus in ęgritudines ab eo enaratas, in principio phlobotomia penitus non facienda: Quod ſanè dictũ apud nonnullos magni fuit ſtuporis; hanc tamen rẽ ulterius proſequi nolo, ex quo in tractatu de ſanguinis miſſione, vti proprio in loco exactè contemplatus sũ: ad eum me remitto locũ: Ad inſtitutum autẽ noſtrũ redeũdo, falſiſſimũ eſſe ex his dico, Galenum de minoratione loquentem ipſum de ſanguinis miſſione ſemper intelligere; quantò minus Hippocratem hoc voluiſſe, hocq; præcepiſſe: Ergo intenta minoratio proprie ad humores à ſanguine diuerſos tendere uidetur, Nempe quũ particulares aduenerint morbi, ut angina, pleuritis, ſtudio ac ut ita dicam naturæ prudentia, in his frequenter humores à ſanguine ſecreti reperiuntur: eapropter non ſine mortis periculo à morbi principio uenæ ſectio tentatur, quale nimirũ uitę diſcrimen per medicamenti cogrui exhibitionem nequaquam prouenit: Quòd ſi forſan aliquando ab huiusmodi medicamine ſiniſtri aliquid acciderit, propter eius aliquas effrenes qualitates, Item propter ęgrotantis naturæ eiusq; proprietatum ut dicit Galenus, & nõ exactè habitam cognitionem, adminus per medicamentũ mitius, & per ęgrotantis exploratam naturam, huiusmodi tollitur impedimentũ: Sed quod magis urget, & de quo non parũ miror de Galeno, eſt, quòd quũ loquitur de acutis morbis, preſertim in febribus plurima caliditate refertis, dicat pharmacũ in uenæ ſectione commutandũ eſſe. Quod quidem (ni fallor) unus hic & per grauis quidem eſt de Galeni lapſibus: ſed quia in commentario de venæ ſectione, ſumma quarta, cap. vii. fuſius loquutus fui, ideo hic uolens habenas contraho. Hoc tamen potiſſimum non omittens, quòd ipſe cũ Hippocrate à ueris huius artis inſtrumentis declinare uiſus eſt, ex quo in cõmentario dicto de purgatoris medicamẽtis allegato à purgatoris medicamẽtis abſtinere docet, & in clyſteriis tãtũ occupari, nullũ de uenę ſectione uerbũ faciens, & ne dũ quia liber ille deſtinatus dũtaxat ad medicamẽta exiſtat, & non ad aliud inſtrumenti genus; quoniam ſi liber ille de huiusmodi auxilio ſermonẽ non exigebat, ad ipſum tamen authorem in alio ſaltem libro, ubi de ualde acutis incenſis uè febribus agitur, ita excludere pertinebat ſanguinis miſſionem, ſicut eo loci tacitè ipſam tanto cũ ſilentio excludere uidetur, quũ non minus in huiusmodi morbis ad hoc ſe comittere remedium

periculosū ſit, quàm ad ea ſe tam fortia medicamenta conuertere, vbi maximè urinę non turbidæ, non craſſæ, non ruffę, ſed ſplendētes, igneæ fuerint; etenim tunc ſanguinem detrahentes febrem magis calidiorem accendunt, atq; in furorem uertunt, ut in exemplo cuiusdā Vicentini de nobili ſtirpe de Dreſſinis, tunc enim ineptus medicus parūq; peritus, cū urinis tenuibus, ſplēdentibus, & igneis, ſanguinem detrahens, clauſa uena, illico in furorem conuerſus, ſe ex feneſtra præcipitauit. Id quod Auicena ueluti nouus pphęta, à Deo Optimo ſimulq; à natura humani generis miſertis, ad illuminandas medicę artis paginas, atq; ad tā præclaram tamq; neceſſariam complendam facultatem miſſus, capite de ardore, alioquin de cauſone, & antea primi quarta, ueluti per oraculum aperuit, Et me herclè niſi uererer, vnum pro veritatis amore dicerem; Dicam tamen, quia ſic veritas, publicum ue bonū, & deniq; meus genius cogit: Auicenā rē de sāguinis miſſione melius omnibus explanaſſe: Quoniam quæ à ueteribus orta fuere, plurima confuſione & periculo non vacant: Voluiſſēp deos immortales, tā celebres ſectæ doctores pro uniuerſi bono Hippocratem de minoratione loquentē, non ita eū expoſuiſſent, ac ſi ſemper de ſanguinis miſſione pro minoratione intelligeret; quū reuera in 29. aphorismo. ii. ſectionis (& conſulto quidem) ab utroq; ſe præcauit auxilio.

Hiſtoria nobilis Vicentini phlobotomati, & quis fuit exitus.

Vide quodmaximū artimedicæ Auicena auxilium præſtauit.

Quæſtio an minoratio intenta in morborum principiis, ſemper intelligatur in materia furioſa.

Quæſtio an minoratio ab Hippocrate in morborū principiis oblata, in materia furioſa dūtaxat intelligenda ſit.

Voluiſſem præterea eos Hippocratem exponentes, non dicere ipſum ſemper de materia tantum furioſa intelligere, quietam non crudam auferentes, & ut Hippocrati, & non eorum fantaſiis attenderent; quum eam negare non poſſint, ut patet per rationes à nobis adductas, quas à nemine ſolutas adhuc uidimus. Prętereа ualde abſurdū utique eſſet, Hippocratem de furioſis loqui, quæ vt dicit rara ſunt; Ea uerò quæ ut plurimùm exiſtunt, ommittere: Herclè ſic parùm ſcitè ab eo curatū fuiſſet.

Quæſtio & opportuna, quę nam illę ſunt materię, quę in morborum principiis, ſecundùm plus, & ſecundùm naturam occurunt.

Quòd autem uerum ſit, quòd materię quę non crudæ & quietæ illæ ſint, quæ ut plurimùm in principiis nobis occurunt, & de quibus methodus ſecundũ Hippocratem intelligenda ſit, Hoc eſt quod à nobis nunc probandũ eſt. Et id ex inductione optimè aſſequemur. Nam quę crudæ ſimpilciter ſunt, ideſt in extremo poſitę, illę certo non ſunt ut concluſimus, propter cauſarum ſuarum raritatem; qua ratione, placito quodam noſtro, monſtra eſſe diximus: quanto minus illæ quæ cocta exiſtunt, quæ nobis in principio non occurunt, propter caloris actionis priuationem, quæ in principio nondũ fieri potuit, capiendo pro nunc caloris actionem, velut iagentis principalis in naturę rebus ad omnia concurrentis, ſicut ſolis lumen ad omniũ generationem, tam calidorum quàm frigidorum, concurrens. Ita arbitrandum de actione caloris viuentiũ, tam in operibus ipſius naturę, quàm artis, quadam proportione concurrentis, & ut uno dicam uerbo generali quodam influxu, ueluti dicebat Philoſophus, Si cœlum non moueretur, rota figuli non moueretur: per hoc uerbũ innuens Ariſtoteles, cœlũ eius calore, ac lumine cõcurrere, & nõ tãtũ ad naturæ, ſed & artis opera. Ergo ſi nullũ extremorũ illud eſt, quod nobis frequẽter occurit, erit igitur illud quod ſecũdùm naturã ſiue ſecũdùm plus, quod nobis obuiat in morborũ principiis, quod in horũ medio exiſtit, ſcilicet non crudũ, quod nobis frequentius aduenit; quod Galenus & improbè quidem diſſimulauit. Et deus ſibi hoc non ſtatuat peccatũ. Verũ quia huiusmodi non crudũ in duplici conſiſtit differentia, quoniam uel eſt quietum, vel furioſum, quum autem Hippocrates huiusmodi furioſa rara eſſe dicat, ergo à ſufficienti partiũ ennumeratione, quæ in his principiis plus occurunt, & ſecundùm naturã illa ſunt, quæ non cruda quieta, & non furioſa exiſtunt: & hoc eſt quod ex ſententia à nobis probandũ ab auſpicatu relictũ fuerat: Videant iudicioſi, quantũ & quale ſit hoc peccatũ, loquentes de principiorũ euacuatione ea dimittere, quæ nobis frequenter occurunt, & ppetuò de his quę ratò ueniunt, loqui. Hoc medius fidius nõ eſt nobis aduerſari, ſed Hippocratis verbis, & mẽte, & ratione abuti: Et in eo preſertim loco in quo ipſe dicit, quòd tẽdente materia ad

Quæſtio quænam illæ ſunt materiæ, quæ in morborum principiis cõmuniter ſiue ſecundùm plus nobis occurũt.

Magnitudo peccati à Galeno inducta.

clauiculã, cũ phlobotomia; & ad inferiores coſtas, cũ pharmaco ſuccurendũ; licet hi qui nobis aduerſantur, potius perfidioſè, quàm ratione dicant; Hippocratem id dixiſſe, eo quòd materia furioſa eſſet, quũ tamen nec à ratione, nec à tanto authore id habeant: Quare dubio procul hæc deliria exiſtunt, quum ſanctiſſima ac ueluti per oraculũ ab eo poſita ſit præſens methodus; videlicet, Quòd ſi in principiis materia ſit non cruda, quieta, & mala, ac multa, mouenda ſit, nequaquam medenda, uel pharmaco, uel ſanguinis miſſione, vel utroq; forte modo ſi oportuerit; quia ut patet Hippocrates ſe hac in methodo vltro non ſpecificauit, at plurima cũ prudentia ſe præcauit ab huiusmodi determinatione, ut potè quòd locus ille aphoriſticus ſit, & ideo ſpecialem inſtrumentorũ non exigit electionem, ſe ad ea quę alibi dicturus erat remittens, vt .ii. de ratione uictus in acutis, ubi à loco eam capere uidetur, ut in uerborũ cortice apparet, licet ſalua tanti authoris reuerentia, á materię eſſentia potius ſumenda eſſet occaſio, ut mihi uiſum fuit, ut infra oſtendemus: Et ſic liquet monitũ hoc præſens hac ſemita intellectũ, ullo modo ob materię cruditarem ita intellectam, impediri haud poſſe. Nempe ſi Galenus has inſpexiſſet cruditates, non dico coctiones, ut ii dicunt, atq; unum genus ab alio ſeparaſſet, hunc ſanè veritatis perſpicuũ fontem, ut elephas numquam perturbaſſet. Eſt & aliud impedimenti genus, ex cognitionis proprietatũ indiuidualiũ ægrotantis priuatione, quæ nimirum ex longo rerũ uſu ſciri poſſunt; Dicente Auicena, Currunt proprietates inter corpora, & medicinas, quæ niſi experimento cõprehenduntur: Qua ratione Galenus .ii. de ratione uictus in acutis dicit, Quum ægrotantis uſq; quaq; explorata non fuerit natura, quòd potius ad ſanguinis miſſionem, quàm ad pharmacũ conuertendũ ſit; cuius generis uaria eo loci medicamenta nominat, quæ excellentia exiſtunt. Qua in re plura conſideranda ueniunt, primũ quòd Galenus leuiter nimis ſe mouere videtur (accidentale plurimũ quũ ſit) laborãtiũ proprietates cognoſcere, uel quia numquam grauiter aut non amplius laboraſſe potuiſſet. Præterea caſus nobilis Vicentini narratus, hoc impugnat. Item eo loci colligendũ, Galenũ minorationem admittere, & ne dũ leui, ſed forti cũ pharmaco de ipſis inibi nominatis, dummodo ægrotantis natura præ-
noſcatur: Ideo falsũ (ut monſtrauimus) illud quod contentioſi dicunt, quòd quũ minorationem Galenus admittit, in vniuersũ

quàm

ſemper ſanguinis miſſionem intelligit, Vide etiã quãm erroneũ, quãm vè falsũ, quòd de furioſis tantũ loquatur. Poſtremò patet quantũ incertus ac quantũ in huiusmodi quęſito anceps fuerit Galenus: Supereſt nõ minus poſtremũ & aliud impedimentum, ex parte medicamentorũ, quũ preſertim calidus & acutus fuerit morbus, & in Hippocratis tempore nos conſtituti fuerimus: In quo & ſi ſalubria & temperata in naturę rebus fuerant, humano tamen generi nondũ cognita erant; & quæ cognoſcebantur incorrecta, inconſolata, naturæ ipſi plurimũ aduerſabãtur, Neq; eorũ conſolandi modus cognitus fuerat. Paria enim ſunt, uel quòd purgatoria auxilia non ſint, aut ſi ea fuerint, nõ noſcãtur; & ſi innotuerint, eorũ tamen conſolandi modus manifeſtus non ſit. Non igitur mirũ ſi ueteri ætate illa Hippocratis, in omni morbo acuto calido, pharmaca à principio formidauerit, ac eorũ frequentem usũ prohibuerit: Miror autem non parũ quòd ſicut ipſe dixit, Raro eis vtendũ, nõ dixit Sęper: Profectò ego ab eis per Deos immortales perpetuò me à tã calidis pharmacis abſtinui, atq; ſumma cum fœlicitate mihi ſucceſſit. Valeant qui antiquam ſilueſtrem uè medicinã nos docere cupiunt, quoniam his noſtris Auicenæ temporibus proximis, cœli benignitate acquiſitis, nequaquam renũciare uolo; Coinquinatus hic ſanè mihi videtur appetitus. Laudo igitur vt cũ illis quibus noſtra hęc locupletata eſt ętas, medicamentis in morborũ principiis minorationẽ ſemper faciamus, vbi congruũ ſit: Eapropter Hippocratem in libro de purgatoriis medicamentis, in quo in integrũ ad .xiiii. uſq; diem abſtinendum eſſe monet, laudibus extollo; uerũ ab eis conſolatis cauere minimè pręcipit. Et non quidem eius culpa, ſed temporũ iniuria. Quamobrem non accuſandus, ſed excuſandus eſt. Et quia ſupra diximus, non omnino abſolutas, atq; in integrũ oriri artes, quinimmo per temporũ defluxum augmentũ ſuſcipere, nõ ab re mihi uiſum eſt dicere, Quòd ſi nos conſilio utimur, ut in re tanta uti debemus, quòd à ueteribus hoc incrementũ ſuſcipere nec poſſumus, nec debemus. Sed à doctiſſimis ſucceſſoribus, inter quos primus & princeps eſt Auicena, de his inquam eſt, à quo tam diuinũ pręſidiũ ſumendũ eſt; quãdoquidem authore Aueroe, ei probè notæ erant diſciplinæ, illæ preſertim, à quibus medica hæc facultas eſſentiali quodam nexu dependet. Proinde eius lacerationis uice, quam impii male conſulti veluti prophętas trucidantes crudeli auſu propoſuere, an-

nuum natalis diem, ut pote in ſacris poſitũ, ſummis feſtiuisque honoribus decoremus, celebremusq; : Quæ ſacra ſanctaq; (ut ita dicam religio) vt per hiſtorias traditũ eſt, per longa ſecula à grata uetuſtate circa diui Ariſtotelis ſepulcrũ omni anno obſeruata fuit: Quæ ſacra religio, eodem occaſu, ac eo fato (heu heu) cũ probitate morũ, deceſſit. Neq; hic meam contentionem de eiusmodi minorante pharmaco eſſe uolo. Ex quo locus hic non expoſtulat, aphorismũ quũ exponat, & ex conſequio (ut aiunt) de forma exiſtat: Erit autem id ſatis nobis dicere, quòd huiusmodi pharmacũ in morborum principio à non cruda materia pendentiũ, ne dũ ad cõmunes, & (vt dicunt) vagantes, primis in vaſis inſidentes, ſed ad propriam & ueré peccantem morbi materiam accedere & peruenire debet, cuius partem omnino leuare habeat; de qua Hippocrates intendebat, & non de illis quas tergiuerſantes modo dicunt: Qua propter ipſe dixit, quòd non totam in principiis extrahere debeamus, niſi ſit furioſa, vt talis ſit ea tunc extrahenda, ut nõ differat ſecundùm Hippocratem niſi per furioſitatem; & non quia communis ſit, & in tali, aut tali loco, vt proprio hi ſuo cũ conſilio ſibi ſumunt: Profectò ſi rectè cõtemplamur, uidemus, quòd vult partem de propria materia in principio morbi extrahi, ex quo pars ad eius totũ refertur, & ſic ad eam pharmacũ ſe extendere debet, & non ad illas quas dicunt, cuius reliquum dicebat Galenus natura melius concoquat, cui propriè debetur coctio, non autè de illis vagantibus, quibus medicamentũ quo utitur Hippocrates, & illud forte quod dicit Auicena, non conueniſſet; ſicut bene congruit materiæ morbi propriè, propter finem iam dictũ, quoniam ſecus tam leue pharmacũ cũ Manna, Caſſia, cũ Hyera, aut Reubarbaro non conueniſſet, neq; Hippocratis propoſito deſeruiret, & ſic infructuosũ eſſet, & omnino prẽter tanti authoris mentem exiſteret. Qualecunq; modo id fuerit pharmacũ, dummodo de materia peccante extrahat, etiam ſi fuerit medicamenti odor; vt de quadam moniali fertur, quòd ex indiuidua eius natura, electiuè, ſolo eius odore exoluebatur: quin (quod mirabile dictu) tot alui deiectiones incurrebat, quot naribus ipsũ admouebat: Idem Calcerandus Hiſpanus medicus illuſtris, de quodam nobili Iohanne Baptiſta Bardelono referebat, quem odore ponni arte confecti à mortali morbo releuauerat: Verũ quia fortaſis tam leue inſtrumentũ ad propriè peccantis materiæ ſedem peruenire non poſſet, aut

Contra tergiuerſantes, dicẽtes minorationem intelligendam eſſe ſolum de materia cõmuni in primis uaſis degẽte, q̃ cũ Caſſia et huiusmodi, non de materia propria, quæ fortiter cum medicamine efficitur.

ſet, aut ſi accederet, non eius ſufficientē ac debitam proportionē leuaret, & natura nō alleuiata, graui onere preſſa, ſuū facere munus nequiret, ſicq; vitæ diſcrimen incurreret, ut multis ac penè infinitis errantiū culpa contigiſſe vidimus, qui non debitè minorati (pro nephas) ex eorū langoribus periere; Quamobrem mea ſententia (quęcq; ea ſit) longè cautius eſt, ab his lenociniis, ac delicatis medicamentis, aures demulcentibus abſtinere, pharmacis & fortibus non æq; delicatis ſe committere, veluti conſultius herclè eſt per validū ac firmū pontem, quàm per infirmū ac debilem pertranſire; qui ſi forte aliquos quandoq; ſuſtinuerit, omnes tamen non facile perferre poſſet; unde dubius hic de proſpero aduentu, ille uerò certus: Modo quis tā mentis inops eſt, qui pro eius ſalute plus debilem incertū, quàm fortem firmum eligit? Porrò his hominibus huiuſmodi conſilio utentibus, meā gubernandam nauim non committerem; Ita in propoſito nō uſq; quaq; mihi tutū uidetur, per hæc emolientia ſuperficietenus lenientia tranſire pharmaca, quę in Hippocratis mente nequaquā aderant, quia ea non nouerat; quinimmo ſi nouiſſet, ad hunc ſanè finem eis ſolis vſus non fuiſſet: At ipſe ſua tantum quę eius ferebant tempora cognoſcebat, quę calida nimiū exiſtebant, à quibus mox (& conſulto quidem) abſtinere monet. At tempeſtate hac noſtra, multi approbatiſſimi uiri, cū diaſmiconis dragmis tribus, & caſſiæ dragmis à quatuor, ad vi. curationes facere conſueuerant, in morbis à materia nō furioſa peccantibus, quam placito noſtro Hippocraticam uocamus, quū Hippocrates aliorū primus eminus & comminus agnouerit. Quam & Auicena ex alto ſpeculans ſanciuit; quandoquidem de eiuſmodi materia in morborū principiis ut in plus reperta, quo ad vtramq; contemplatus eſt differentiā; poteſt enim huiuſmodi non cruda (ut viſum eſt) qualitate furioſa affici, & non modò ſi non cruda, & furioſa ſit, vno quidem euacuationis genere; ſi verò non furioſa extiterit, alio quidem indiget. Idcirco Auicena cū Hippocrate nauigans, id quod ipſe dicit de non cruda ſed furioſa, intelligens Mederi, propter idiomatis diuerſitatem, Auicena inquit Euacuare; & quod prius ipſe dicit, Mouere nō cruda, quę licet nō furioſa, ſunt tamē multa & mala; dicit ipſe, Alleuiare, cuius verba primi quarta in hunc ſe habēt modū. ET dicemus, quòd in ęgritudinibus in quibus eſt timor, ſi à principio nō euacuauerimus, ad mederi non cruda ſed furioſa referendo; aut alleuiauerimus,

non

non cruda quieta minuendo, quòd á forti medicamine incipiendũ. Hic aduerſatores notent, quòd non de venæ ſectione, ſed bene de medicamine uerba facit: Secundo dicit, quòd ipſum forte & potens ſit, & quòd de furioſis tantum ad Hippocratis mẽtem non intelligit, vt nugatores dicunt, ſed de non crudis utriſq; uidelicet non crudis quietis, quibus aleuiationẽ applicat, & de no crudis furioſis, quibus euacuationẽ accomodat, ideſt mederi, quod eſt ſecundùm totũ; Et ita ut uerus Hippocratis expoſitor, utrãq; non crudam materiam complectitur. Id non intendens, quòd in morbis cũ ſola phlobotomia, aut cũ ſolis coquentibus & Mãna, Caſſia, Iulep, & eiusmodi procedamus. Nam ſero medicina paratur, quũ mala per longas conualuere moras: Audiant hic uiri illi, qui ſe melius eo Hippocratem intelligere iactant, (Ridiculũ quũ ſit) Audiant rurſus qui ipſum ita grauem authorem dillaniare iubent, quia non ſatis eſſet, niſi & cũ eo Hippocratem confoderent: Scire autem debent, quòd naturalis ratio humanũ conſiliũ, Hippocratis oraculũ, Auicenę uerbis aridens: Quòd in morborũ principiis á timore non vacantibus, minoratio facienda ſit, & non cum leui ſed forti pharmaco, licet furioſa non ſit, quamuis periculi expers non ſit, quia multa, & mala fuerit; Hoc totũ quidẽ in curatiua uia incedẽtes. Quoniã in preſeruatiua ſecus tẽrandũ, videlicet cũ leuibus, ſed frequẽtibus preſeruamus, quę rei terata nõ minus id agunt, quod fortia & audatia raro ſumpta facere aſſolent.

In uia præſeruatiua cum leuibus frequentibus, in curatiua cũ fortibus & raro curationem facimus.

CAP. Sextum : Sophismatum, & obiectionũ ſolutiones continens.

Ex noſtra autem expoſitione Magni cuiusdam uiri dubitationis ſolutio, iam ſatis liquidò conſtare poteſt. Dicentis ex quo materię in morborum principiis moueri & euacuari non poſſunt, ſupple, literam praue corrumpendo, in .xxii. aphorismo ſectionis primæ, uidelicet legendo, Cruda non, media illa cruda prorſus negando, unde ſic duo tantũ extrema ſupereſſent, puta cocta ſimpliciter, & cruda ſimpliciter, de ipſo libro non cruda prorſus delendo; Quæ nimirũ ita cruda, ſi ſolũ in principiis exiſterent, numquã medius fidius euacuari poſſent, Et tunc probè dubitatio ꝓcederet. Quòd quũ Hippocrates dicit, Neq; ĩ principiis, quòd huic negationi nil quod negãdũ haberet, ſibi relictũ foret: Hęc planè dubitatio (ni fallor) nimia ſectę leuitate, aut potius inſcitia prouenit, quę authoris literam deſtruit, & ita eius mentem non attingit, ſed ab eo longe abeſt: Minus quoq; uerũ eſt, hic duas eſſe negationes, quarũ prima huius ſit facultatis, ut vniuerſę negationis fungatur munere, ut ei ſuccedens, quod poſtea negandũ habeat, relictũ non ſit: Profectò peccatũ hoc ex malè lectis, prauè intellectis, & mox peius aſſũptis ꝓcedit. Qua ratione ſupra dixi, ſectã Hippocratis negatione abuti, & proprio interimi gladio: ideo hic error, & quę mox inuicem mortalia ſuccedunt ſcandala, à praua interpretatione prodeunt, quã nulla penitus ratione aduerſatores ſolidant (quòd uiderim) ſicut contra noſtram coroborauimus ſententiam: Affirmantes tres exiſtere naturas, quarũ mediũ eſt non cruda; & ea eſt quę à principio mouenda; Quòd ſi eſſet cocta & ſincera, non mouenda quidem foret, ſed medenda; ſi uerò cruda eſſet, non ea quidè eſſet mouenda, nec medenda: Quũ igitur noſtra hęc iam dicta interpretatio Hippocratis de hac re ideam referat, eius negatione nequaquam abutitur; primam enim nomini & non uerbo, ut aduerſantes faciunt, applicat; & ſic una preſentem negando naturam, aliam innuit latentem naturam, quã moueri uult, ideſt particulari euacuationis genere euacuari. Verũ de huiusmodi ſic poſita natura, euacuationem uniuerſalem in principio fieri poſſe, hoc illud illud inquàm eſt, quod in negatione uera, uerbũ ipsũ afficiente, Hippocrates uult negare, dicens. Neq; in principiis,

talem

talem naturam non crudam in eo tempore euacuare, uniuerſali euacuatione non debemus; Nam ſi liceret eam ſecundùm totũ euacuare, maximè liceret in principio, at ipſe dicit: Immo neq; in principiis volumus, niſi particulari, & nullo modo vniuerſali, niſi turgeat: Verùm quòd dictus hic in nobis non operatur, in aduerſatores plurimùm ſequit, ex quo ipſi primam admittunt negationem, & tunc ſecundæ nil relictũ eſt, quod negare habeat; unde hi in eam quam fecerunt, cadunt foueam: Adde & unum, quod omnino eam exterminat expoſitionem, quæ non crudũ dari negat. Hippocrates namq; in principiis dat mouendi licentiam, & cruda nullo quidem euacuationis genere moueri poſſe, nos ſcimus; cocta uerò non mouenda, ſed medenda, ergo ſi aliquod in principio eſt mouendũ, & non medendũ, ſecũdùm Hippocratem, quũ non ſit coctũ, minusq; crudũ, igitur eſt non crudũ; cũ ſubiecti conſtantia, teſtante ſenſu ut ſupra probauimus. Ego profecto hanc ſoluere nõ poſſũ conſequutionem: Obſecro aduerſatores, ut ſoluant: Quę ſanè ratio, quũ ſit ex eius met corde deſumpta, demonſtratiuam placito noſtro uocauimus, ad hanc probandã eius fuiſſe mentem. Et hęc nimirũ lex eſt in medicorũ mentibus ſigillanda, Videte uos qui veritatem colitis, quàm uerbũ uerbo reſpondeat: Et ex hoc nos ſumere debemus, ea quæ nos paulò antea dicebamus, Quod illa quæ ſecundùm naturam, ſiue quę ſecundũ plus in morborũ principiis nobis occurunt, & quibus verè debetur methodus, quę certe non ſunt cocta, neq; ſimpliciter cruda, ſed non cruda exiſtunt, minusq; ſunt illa non cruda, quæ furioſa exiſtunt, quæ Hippocrates dicit rara eſſe, dicens multa non ſunt talia, Igitur ſunt nõ cruda quieta. Neq; aliorũ contradicentiũ tam recta ratio (ut dicunt) nos premit, videlicet crudũ euacuandũ non eſſe. Quòd eiusmodi actio verendam adducat noxam; ſed in principio cruda ſunt, Ergo, quàm ineptus hic ſit paralogiſmus, ex dictis iã liquet; Enimuero intelligẽdo de cruditate priuatiua, patet quòd huiuſmodi cruditas priuatiua ſecundùm Hippocratem impedire habet principii euacuationem, quia non id iuſiſſet, nec licentiã dediſſet, inquiens. In principiis moue, ſi tibi videtur. Si verò de cruditate poſitiua loquimur, dico cõformiter ſupra naratis, vel huiuſmodi eſt crudũ ſimpliciter, oppoſitũ cocto ſimpliciter, quod omnes eius partes coctas habet, & ſi ſic, pariter & eius oppoſitũ crudũ ſimpliciter ſecundùm omnes eius partes crudum eſt, quia

nullam

nullã coctam habet partem ; vel potius crudũ eſt ſecundùm quid, quod hactenus more Hippocratis non crudũ uocatũ eſt: Si primũ uerũ eſt ſecũdùm Hippocratẽ, id prorſus eſſe inæuacuabile, & tentatũ, uerendam parit noxam; Sed ſic perrari ſunt homines, qui eo tumultuario uictu, quo id crudi genus cauſari habeat, viuant; Iccirco huiusmodi crudũ, perrarũ eſt; Neq; de hoc Hippocrates in principio euacuando umquam intellexit, ſed de non crudo, quod alicuius cocturæ non omnino expers eſt: Proinde ſi non eſt in principio omnino medendũ, ſaltem eſt mouendũ niſi turgeat: quæ ſunt Hippocratis uerba: Etenim ſi apud ignaros ſequens eſt, videlicet hoc non coctum eſt, ergo crudũ, ad minus apud Hippocratem non ſequitur, quoniam ipſe longè melius eis, rationali utitur dialectica. Poteſt enim coctum eſſe crudũ ſimpliciter, & crudũ ſecundùm quid; ſi primũ, ineuacuabile quidem eſt, & tentatũ, & ea quidẽ parit ſimpthomata; ſi uerò eſt non crudũ, ideſt crudũ ſecundùm quid, euacuabile planè eſt, ſed non ſecundũ totũ, ſed dumtaxat ſecundùm partem, neq; illa famoſa adducuntur ſimpthomata, vel modica, & raro, quę herclè coniecturalis iſthęc ars (ut ſupra diximus) facilè admittit, vt maiora quidem aſſequatur commoda. At hic non immerito dubitabit aliquis, Cur Hippocrates non crudũ furioſum mederi præcipiat, non crudũ uerò quietũ enixè mederi nolit; cum tamen vterq; humor non crudus exiſtat; & ſi extremam ambo cruditatem non ſapiant, aliquam tamẽ ſapiunt, quę uel in nullo exactam impedit euacuationem, uel ſi in vno impedire habet, pariter & in alio id habet. Profectò huiusmodi noſtra dubitatio (ni fallor) admodum rationabilis uidetur: Cui pro nunc reſpondetur, quòd in his non crudis adeo diuerſis, diuerſa quoq; ratio exiſtit. Verum de hac re infra in reſponſionibus ad Examinatorem pro viribus agemus: Minus quoq; eximii cuiusdam ſocii noſtri me lædunt difficultates, Dicentis, ſe non ita iam profanè loqui, ut noſtram hanc expoſitionem ad Hippocratis mentem non accedere, fateri velit; quinimmo inquit, me illius animam refferre, vel potius contra, multaq; alia in noſtri gratiam adduxit, quę nobis repetere non liceret: Verum quod Galeno conſonet, hoc ſanè, hoc inquam eſt, quod magnopere uir iſte ambigit; Quoniã in libro de morbi temporibus, ipſe dicit, Cocta purgare conuenit, cruda non mouenda, neq; in principio, niſi ſtimulauerint; Vbi patet, quòd negatio non ſupra prędicatum quidem, neq; ſupra verbũ

Cõſequentis falacia committitur, dicunt dialectici.

verbū, ſed ſupra verbi participiū, ac ſi ſupra verbum influeret: Cui plane rei, dico, Galenū callidè nimis præter Philoſophiæ modeſtiam Hipprocratis literam ibi alioquin adducere, quàm in xxii. aphoriſmo primę ſectionis inſcripta fuerint; & quàm poſtea ipſe alibi interpretauerit: Neq; conuertentes eo loci ita tranſferunt: Idcirco ipſe non minus Hippocrati, quàm ſibi aduerſatur: Quem nodum uir hic cū ſecta ſoluere habet, quandoquidem mihi ſatius erit, cū Hippocrate ambulare, quàm cū Galeno ab Hippocrate, & á ſe ipſo diſſentiente: quia tamen de grauibus authoribus religioſè quodāmodo loquendum eſt, & de Galeno præſertim, cui tempeſtate hac noſtra ſibi tantum tribuitur, ut ad dignitatis faſtigium prorſus peruenerit, dico ipsum eo loci de morbi temporibus, ac de humorum euacuatione loquentem, id pro criſi paranda dūtaxat intendere: Quapropter in eius proſpectu inibi, Nō niſi cocta euacuanda, & cruda prorſus purgatione dimittenda, De non crudis uerò ipſis, in principio tantum mouendis, de quibus Hippocrates tam enixè intelligebat, callidè nimiū Galenus (ut dixi) ſilentio inuoluit, ac diſſimulauit: Quibus herclè ſic dictis, Quū extra Hippocratis contextū ſint, dicet quispiam, quo nam pacto Galenus ab eius ſententia unquam diſcedere potuit? indignè uè cōtra eum auſusq; fuerit? Cui per ſimilitudinem dicerem, quòd inter hos authores id euenit, quod in litibus accidere uidetur, vt potè quod in foro contentioſo, ueritate ipſa prętori cognita, non ob id tamen in reū ſtatim ſententiam profert, ſed quosdam (vt aiunt) iuris terminos ſeruat, quorū ratione, lites ne dū ad dies, ſed menſes & annos protrahuntur; quæ tamen ęqdem ad iuſtiſſimū delatæ principem, ſolo ueritatis tenore inſpecto, vniuerſa quidem lis ex toto abſcinditur: Et ſic litigans & rarus fit beatus. Ita quoq; medica hac in facultate accidit, eo quòd aliquando euacuationem ad vltimam differimus coctionē, omnes terminos prorſus ſeruantes, & hoc Galenus in eius placitis ſeruare videtur. At Hippocratē hos ad amuſſim omnes non manutenere terminos videmus; Exquo in principio euacuandi licentiam tribuit, vt morbi lis cito finiatur. Vbi contra Galenus ſeuerè artem exercens, omnes illos coctionis terminos ſeruari voluit: Quam ſanè rem, dū iunioribus meis in annis ſub quodam doctore Iacobo, medicam hanc perdiſcerem facultatem, ab eo ſciſcitari volui, An á morbi principio materiam minorare neceſſariū ſit, an ſatius eam prius coctione

Nō diſſona cōparatio Hippocratis ad uerum ac ſanctum regē, Galeni uerò ad urbis prætorem.

pręparare.

prę parare. Mihi autem ad hoc reſpondit, diuerſas ſiquidem exiſtere ſententias, Hippocratis ſcilicet & Galeni, quas neſcio quo nam modo balbuciendo (ut ſic verius dicam) declarauit. Ipsū mox ſtatim interrogaui, Qua nam ipſe uia vteretur. Qui rurſus reſpondit, Ego quidem in pauperibus, ea quę Hippocratis, Sed in diuitibus, illa ſemper quæ Galeni eſt, vtor methodo: Quibus ſanè verbis ſummiſſa dixi uoce, Caue præceptor, ne diuites hoc præſentiant, ne te cū Galeno lapidibus obruant: Ego quidem hic non uideo Galenum modeſtius deffendi poſſe, quamuis longè abſit, vt iſta Hippocratis mens extiterit; Sermo enim noſter pro eius deffenſione adductus, potius rethoris, quàm Philoſophi aut grauis medici ſit. Verū infra de hoc loquemur: Prę ter hoc idem collega noſter, mihi Galeni textū obiecit, qui in de tuenda ſanitate, de homine loquitur, in quo crudiſſimi congeſti fuerant ſucci, cū modico ſanguinis in corpore, cui certò nō ſanguis propter eius penuriam, minusq; cæteri alii propter eorū cruditatem exhauriendi ſunt: Quem ſanè caſum Auicena primi quarta regiſtrauit. Cui dico, magnis his authoribus conformis, homini ſic conſtituto, minimè ſanguis detrahendus eſt, ne crudi tas in eo magis augeatur. In quo nimirū caſu, illa quidem ſimpliciter cruditas prę ſupponitur, quę nullius prorſus coctionis ad expulſionem facientis particeps eſt, proinde hi pigri ſucci pharmaco etiam nequaquam tentandi ſunt; cuius oppoſitū dixi nūquam, minusq; dicturus ſum: Quo autem huiusmodi me petat ſagitta, non ſatis video. Demū multa rurſus Galeni adducit loca, primū in libro de morbi temporibus, Item primo de criſi, Et aphoriſmorū prima .xii., à quibus ſanè locis ſumitur principiū in morbis inſiſtere, quousq; coctio incipit. Itē colligitur, quòd ſigna principii sūt cruditatis, & eius potiſſimū, quę nullius prorſus coctionis particeps eſt; & quòd in principio ſummam eſſe cruditatem intelligatur, quia tunc morbus crudus incoctusq; ſit. Amplius id oppoſuit, quod primo de criſi capite .ix. Galenus dicit, de ſignis quæ non ſtatim apparent in morbi principio, quando ſcilicet nulla omnino coctio adeſt, vbi coctionem omnem excludit: His omnibus ac conſimilibus authoritatibus, Dico conſone prę habitis, quòd materię quę à morbis corripiuntur, in multiplici quidem reperiri poſſe differentia: Etenim crudæ eſſe poſſunt cruditate poſitiua, Item cruditate priuatiua; quæ autem crudæ ſunt cruditate poſitiua, in duplici adhuc conſiſtunt differentia.

Ex quo ut probauimus non in indiuiſibili conſiſtunt. Eſt namq; (vt viſum eſt) vnũ cruditatis genus ſimpliciter dictũ, quod in his reperitur hominibus, qui nullam in ſuo uiuendi modo rationẽ habent, qui tamen perpauci ſunt. In his inquam humoribus, quũ morbi inſurgunt, nullũ quidem coctionis gradũ ineſſe, atq; ipſos immotos eſſe, credendũ eſt: Alii verò crudi adhuc ſunt, cruditate poſitiua, ſed non in ſummo, ſic quòd nullius prorſus coctionis cõpotes ſint, neq; ſunt vt primi odioſi naturæ, quos innatus fermè calor abhorret; Qua ratione raro ac vt monſtra exiſtunt: Ita contra ii ſecundùm quid crudi ſunt humores, qui ut plurimum in morborũ principiis ſeſe offerunt; Et ſic huiuſmodi cruditates poſitiuæ non vno eodemq; modo conſiſtunt, ſed eos plurimum inter ſe differentibus gradibus comperimus, de quibus via ſenſus certificamur, niſi ut ebrii, & temulenti fuerimus; Quæ verò priuatiua eſt, illa exiſtit, quæ morbũ inſequitur, & quæ vna in omnibus eſt, quę omni coctione à calore poſt morbi inuaſionem inducenda prorſus uacat, principii durante tempore, ex quo calor ipſe nondũ egit, puta ad victoriam vſq;, vt ſic in morbifica materia prouentus aliquis apparere potuerit; Ad quẽ utiq; ſenſũ, omnis ſanè morbus in principio ſic crudus, uere incoctusq; eſt, cruditate videlicet priuatiua, quũ ſic nulla adhuc à calore in eo noua inducta eſt impreſſio; quamobrem crudus eſt, cruditate ei coctioni oppoſita, quę per caloris præſentem actionem, poſt morbi aduentũ inducenda exiſtat. At iam diximus ad Hippocratis mentem, priuatiuam cruditatẽ minorantem euacuationem non impedire, quia euacuandi licentiam ipſe in principio non dediſſet, vbi ſcilicet nobis libuerit; minusq; poſitiua cruditas eam impedire habet, dũmodo quæ ſimpliciter dicitur, non ſit, nam de ea controuerſia non eſt; Sed ſi ea cruditas fuerit, per quam humores non crudos vocamus, illam vtiq; euacuationem quæ motione completur, impedire non habet, ut ſupra ſatis p Hippocratẽ oſtenſum eſt. Neq; valet dicere, quòd in principio materia ſic inueniri nõ poſſit, quòd partim cocta ſit, partim cruda, ut pote quòd ſecũdùm quid cruda ſit; quia tunc eſſet augmenti tẽpus; Nẽpe hic nõ modica inſurgit equiuocatio, Nã materię cruditas ante morbi acceſſũ, nõ ea eſt, quę à morbi tẽporibus menſuratur, ſed illa ſanè eſt, quę eiusmodi durãte affectu ipſi morbo caloris actione annectitur. Quã primũ ergo morbus, inſurget materiaq; ſub aliquo cruditatis gradu (quisquis is ſit) comperietur,

Quum cruditas & coctio antecedere poſſint, & ſubſequi ac concomitari morbum, penes quam caloris actionẽ tẽporũ morborũ diſtinctio ſumi debeat.

erit cauſæ facientis morbũ cruditas, & alia quidem quã caloris actio in morbificã materiam facta, quam remouere intendit; & quo ad impreſſio, atq; coctionis prouentus non apparuerit, tam diu principiũ dicitur, habita ſemper coquibilis ratione; Accidit enim huic actioni caloris, atq; huic temporis menſurę, quòd materia cruditſſima, vel non cruda, aut exquiſitæ coctioni proxima fuerit. Porrò omnibus ſic diſpoſitis humoribus, morbus quidem contingere poteſt, & tunc multa in temporibus exoritur diuerſitas: Etenim ſi morbus cruditati ſimpliciter pręuenerit, naturalis actione caloris ſuccedente, morbi principiũ ad multos vtiq; ſe extendet quaternarios, ut in chronicis euenit: Si verò infra illam alteri cruditati inſit, ut potè huiuſmodi minori, breuius quidem erit; dicamus quòd ſeptimam non pertranſibit diem; ſi verò exquiſitæ fermè coctioni morbus ſuperuenerit, de his forte erit, qui uno, vel duobus eradicatur paroſismis: Temporũ ergo in morbis diſtinctio, reuera cruditatem uel coctionem morbo pręcedentes, eſſentialiter non inſequitur; Sed eas dũtaxat, quę ſimul cum morbo defluunt: Sunt autem coctiones pręcedentes, veluti præparationes quæ morbũ antecedunt, contra verò cruditates, quũ à ſola caloris in morbifica materia actione menſuretur, quũ à pręcedentibus cruditatibus in materia exiſtentibus tantũ pendeant celeritas, & tarditas, uel mediocritas, ſicut contra tempora ipſa à caloris actione cauſantur; uerbi gratia ſint cruditas & coctio morbũ precedentes. A. quæ verò poſt morbũ, & per caloris actionem variatur, ſint .B. quæ inſequuntur morbũ, & penes talem variationem ſubſequuntur morbi tempora, ideò coctio & cruditas .A. alię ſunt quę defluunt in .B. & penes ipsũ .B. dũtaxat mẽſurãda ſunt tẽpora: Modo ſarcinullas colligentes, dicamus cruditatem priuatiuam ipſam ex ſe non impedire principii euacuationem, ſed ſi ipſa tunc impedit, eſt ratione cruditatis poſitiuę, quę in .A. eſt, quæ ſi fuerit in ſummo & ſimpliciter, nullo modo euacuadum erit; At ſi fuerit in crudo contracto, ideſt non crudo, utiq; euacuatio ſecundùm Hippocratem impediri non poteſt, ad minus ſecundùm partem, quũ huiusmodi actio ad ſalutem pręſtat, & leniter efficitur, huiuſce non cruditatis ratione; Quæ ſi ad ſolius ipſius naturę expulſionem non deſeruit, propter cauſas quas adducunt, ad eã tamen quę à medico facienda eſt, magnopere confert: eſto etiam, quòd aliqua (ut diximus) noxa, ęgrotanti ſuperueniret; Nam longè quidẽ

Radix diſtinctionis temporum morborũ ex caloris actione.

maius iuuamentũ adducitur, quia virtus tunc conſtans & fortis exiſtit, id quod frequenter nulla apparet noxa. Neq; ille functionum nexus, & ordo (ut putant) nos ab hoc munere medico auertunt, videlicet concoctricis primũ, & expultricis deinde; quoniam potiſſimũ illis ſeruiunt actionibus, quę à natura ipſa fabrefiunt, non autem ita proprié illis quæ à medico aguntur, ſic quòd hoc non ſeruato ordine medicus agere non poſſit, vt ſenſus indies demonſtrat, hocq; valde per ſimile eſt ei, quod in commentario de venę ſectione capite .vi. ſumma quinta de fibris & vilis diximus, Quod huiusmodi particulæ potiſſimũ naturæ officiis inſeruiunt, per ſe ſe agenti, nam ars frequenter ad eius oppoſitũ, absq; earũ adminiculo laborat, quũ alioquin natura quandoq; intendat; Accedit ad hoc, quòd huiusmodi nexus & ordo, licet vt plurimũ ab ea ſeruatus ſit, ita tamen eſſentialis nõ eſt, ut etiam ab ea ſecus non ſeruetur, ut hi aduerſatores falsò ſibi ſumunt; Nempe ſi non ſic eſſet, Simptomaticę expulſiones non apparerent, quas aliquando in morborũ principiis nimirum videmus. Modò ſi aliqua in humore ui inducta, hoc contingere poteſt, nulla ante habita coctione euacuationem à natura ſola uidemus, Quanto magis id euenire poſſe aliquo extrinſeco attrahente putare debemus nos? Et quòd uerũ ſit, uidete, quòd licet inuicem à natura hæ functiones ordinatę ſint, quandoq; tamen nõ eſt integra coctio, Et tamen ſit expulſio; & è contra; uidelicet quòd quandoq; eſt integra coctio, non tamen ſit expulſio; qua ratione Auicena ꝓ me, nõ pro aduerſantibus loquens dicit, Et quũ natura non mouet, moue tu. Porrò ſi eſſentialis eſſet hic ordo, ut hi arbitrantur, facta utique coctione, expultrix ſtatim ſuum obiret munus. Hactenus ergo luce clarius uidimus, morborũ principia circa cruditatem uniformiter ſe habere, inter ea tamen ſeruata proportione; Ex quo coctiones in morbis cõputandę nõ illæ ſunt quę prę erant in materia, Sed hæ tantũ, quę poſt priuationem actionis caloris impreſſiones inchoant: & hac planè intelligendo uia, ſic ſic omnis morbus in principio crudus incoctusq; eſt, ut dicebat Galenus, ſed merito cruditatis poſitiuę rẽ ſecus ſe habere notũ eſt: Poteſt namq; morbus dici crudus & incoctus ipſo ueniente, quũ caloris actio nõdum aliquid nouę coctionis impreſſerit, etiam ſi alicuius fortaſſis coctionis non omnino expers fuerit, non tamen huiusmodi coctio pro principio à congreſſu actionis caloris ſumenda eſt,

Non eisdẽ ſemper natura & ars utuntur inſtrumentis, ſuis enim et propriis utitur natura, ſi morbo dominatur; ars uerò quandoq; cõtra diuerſis utitur, patet de fibris et uilis.

Nexus facultatum naturaliũ, ut coctricis & expultricis, licet in ſe ordinatus ſit, eſſentialem tamen ac neceſſariã non habet dependẽtiam.

minus

minusq; computanda, ſic quòd ab huiusmodi coctione p tẽporis principii aut augmenti menſura inchoare debeat; Sed eam excludere oportet, ac ſi non eſſet, donec caloris actio nouum alium coctionis gradum imprimat, & tunc morbi uerè principium erit, atq; quum coctio uel omnino quia uel nulla pręerat, vel ſuper addita ab ea quę eſſe poterat, uel debuerat, tunc augmenti aduenit tempus; accidit namq; principio quòd coctionis aliquod appareat inditium, quod ſi forte eſt, non eſt ratione inchoati morbi: Quapropter principium analogum uidetur eſſe, ex quo modò unum reſpicit obiectũ quod crudũ eſt, cruditate ſimpliciter, aliud uerò infra id eſt, puta quia crudum ſecundùm quid eſt, ex quo aliquas coctas habeat partes, aliquas uerò crudas: At conſultò fortaſſis quiſpiam dicet, Quod nam horum principium ſatius deſcribemus? Cui dico, Galenum ſapienter in hoc Ariſtotelem topicorum tertio imitatum fuiſſe; dicentem tertio regiminis acutorum, Quum de aliquo cõmuni agendum ſit, de eo quod cõmunius & perfectius, atq; in maiori ſignificato exiſtit, potiſſimum agendum; quum id ſit in ordine ad quod alia ordinantur, ac menſurãtur, & alia eſſe ipſum & denominationem ac participationem ſuſcipiunt: Ita in hoc principii genere dicendũ, Galenum rectè accipere, & deſcribere, & de eo agere, ut in potiori exiſtit ſignificato; quod eſt primum, & verius, omnes quidem habens principii paſſiones, & in ſummo, ut ſummam cruditatem, & uniuerſam reſpicens euacuationem; & quia omnia rerum capita ſiue principia modica ſemper & rara ſunt, licet in uirtute grandia ſint, ut .v. de animaliũ generatione dicit Philoſophus, ideo nil mirũ, ſi quæ ueram ſortiuntur principii naturam, raro comperiantur; & nos per exemplũ dicamus de optima illa hominis temperatura, æquali, ponderali, uicina, in comparatione ad quam, reliqua indiuidua menſurãtur, ſiue per realem, ſiue ſpiritualem, ſeu rationalem coalternationem (ut princeps Auicena placito ſuo dixit,) aut ſi veneranda poſteritas nobis aliquid authoritatis concedere dignetur, utramquè uiam ac modum ſimul accipiamus; quum ſibi inuicem duo ii extremi modi non repugnent: Quam temperaturam ita nobilem, Galenus Policleti ſtatuę comparauit, dicitq; eam, uel in naturæ rebus non eſſe, uel quòd modicum alterata receſſit: Eſt tamen hęc modicę entitatis, quam primum & ut principium deſcribere debemus, & per cuius participationem, alia

In morbis quale sumẽdũ principium?

infra eam cognoſcimus & menſuramus. Aeq; in propoſito dici-
mus Galenū in adductis locis principium deſcribens, potiſſimū
de eo intelligere, quod ſummas principii conditiones habet,
videlicet quod nedum priuatiuam cruditatem habet, quæ om-
nibus principiis communis eſt, ſecus principia non eſſent, ſed
& cruditatem ſimpliciter omni coctione vacantem habet; Mo-
dò ſi Galenus de principio ita dicit, & ita intendit, videlicet de
eo ad quod alia per acceſſum uel receſſum ordinantur, reliqua
tamen per alios modos morborum principia innuere volens,
excuſari quidem Galenus fortaſſis aliquo modo valet; Prin-
cipium namq; pluribus accipi poteſt modis, primo abſtractè,
Mathematico videlicet more, ad nullam quidem applicando
materiā, ſecundo verò modo phyſicè, & hoc ad certā applican-
do materiam; cuius ratione dari quidem poteſt principium, in
ſe omnes colligens principii cōditiones, cuius ratione quęcunq;
alia dicuntur principia ueriora, & minus per acceſſū & receſſum
ab eo, quia ſcilicet in ordine ad ipsū alia mēſurātur; ex quo ab eo
certo quo nā pacto deficere uidentur, quoniā in ipſo omnes cru-
ditatis gradus ac conditiones principiorū (vt dixi) comprehen-
duntur, quæ in aliis deinde plus & minus reperiuntur, quò
ad cruditatem poſitiuam, quia de priuatiua in omnibus ęqua-
liter participatur: Sed quę poſitiua eſt, ea ſola reperitur in
eo, quod eſt crudum ſimpliciter, in quo omnes exiſtunt crudi-
tatis gradus. Et hoc phyſicè ſumptum dicitur principium. Po-
teſt & tertio modo capi principium logicè, per quem ſanè mo-
dū efficiuntur propoſitiones ex parte intellectus, quę non re-
pugnantię exiſtunt, veluti dicere ſolemus nos, magnitudi-
nem diuiſibilem, & motum uelocitabilem, vtraq; in infinitum,
ut etiam dicit mathematicus: modò non credibile eſt, Hip-
pocratem minusq; Galenum mathematice loquutos fuiſſe, ad
nullam prorſus applicando materiam, non enim adeò ſublimis
eſt medica hęc facultas, quū in craſſa ualde immerſa ſit materia,
Quātò minus dialecticè arbitrandū, quū ille modus ſit rationa-
lis? Ergo meré phyſicè Hippocrates & Galenus loquti ſunt,
ſed differenter; Hippocrates namq; ſenſui attendens, atq; in
his fundatus, quæ ſunt ut in pluribus, quæ uere ſunt artis obi-
ectum, ipſe de principiis loquutus eſt in materia non cruda; At
Galenus de principiis applicitis materię crudę ſimpliciter: Et ſic
Galenus phyſicè loquēdo, falsū nō dicit, quod morbi principiū
omnē

De morbi principiis triplici modo loqui poſſumus.

Quomodo Galenus ſe ſaluare poſſit à peccato contra ueritatē, Sed non à peccato contra interpretationē Hippocratis: à qua mundi clades.

omnẽ excludit euacuationem. Neq; etiam abſtractè ac methaphyſicè loquendo, more Ariſtotelis dicentis, intellectum abſtractè ſumptũ immortalem eſſe, nec falſum dicere videtur, quia ſi non pro quocunq; uerificatur intellectu, attamen pro Diuino & intelligentiarum certè uerificatur; Quoniam ſecundùm eũ fortaſſis & veriſimilius ex ſuis dictis, non uerificatur pro humano. In hoc enim tantus Philoſophus defecit: Quoniam ſi maximum habuit naturę lumen, noſtrę ſanctæ fidei iubar habere non potuit: eodem quoq; modò Galenus dicere potuit, loquẽdo de principio, quòd quatenus principium omnem excludit coctionem, & conſequenter omnem euacuationem: Quòd ſi non uerificatur pro eis quę pendent à materia non cruda, uerificatur pro illo principio, quod omnis cruditatis gradus, & omnes habet conditiones euacuationibus reſiſtentes: eodem modo & dialectícè accipiendo, quòd principium quatenus principium eſt, ei non repugnat, quòd omnem excludat euacuationem; Et ita Galenus falſum non dixiſſet, his intelligendo modis. Neq; ego credo eum meliori poſſe ſaluari uia. Quòd autem ſatisfaciat ad declarandam Hippocratis mentem, quũ ipſe intendat nobis parare viam, qua morbos uincere poſſimus, hoc nequaquã reor: uerũ quod dicit Galenus, eſto quòd ſubtiliſſimè ſic dictum fuiſſet, ſi ſic intelligere uoluerit, quoniam medius fidius iſtud incertũ eſt, credere tamen uolo, ipſum potius phyſicè loquutum fuiſſe, & quòd in nobiliori ſignificato ipſum acceperit, quod nullam includit coctionem, & ſic omnem excludit euacuationẽ; Nam ſi in aliis principiis nõ uerificaretur, in eo ſaltem euidens eſt, quod à materia cruda ſimpliciter oritur, quæ debetur principio potiſſimo; in ordine ad quod alia ordinantur principia, quod herclè principiũ ita aſſumptũ, quod ſi ſe omnes principii affectiones habeat quũ inſtiterit, nulla prorſus coctionis ſigna apparẽt; ſed quũ cęperint, id iam expletum eſt principii tempus, & id eſt, cui (ut dixi) nullum prorſus euacuationis genus debetur; Verum hoc per rarum eſſe dicimus, ſicut per rara etiam omnia corpora exiſtunt, quæ his principiis ſubeunt, puta homines qui tanta incuria uiuant, ut mox huic tam inſigni cruditati obnoxii ſint: Qui planè homines, quum ſic ſordidè uixerint, hyeme quidem in ſcrobibus, ac latibulis, ſine cibo degere deberent, atq; illa imitari animalia,

malia, quæ in ęſtate quũ plurimũ alimenti ingurgitauerint, poſt hyeme crudum probè conficiunt: Vbi tamen euenerit, quòd tam crudi ſucci in uenis comperiantur, & eos morbus inualeſcerit, dico quòd tunc omnia per Galenum adducta, de uero ſignificato principii liquidò uerificantur, nullumq; huiusmodi principio purgatorium medicamentum afferendum eſt, neq; Hippocrates umquam contra hoc recalcitratus eſt, neq; ego contra hoc ullum dixi verbũ: Dices, Non igitur Galenus peccauit, Dico quòd ſi ſe declaraſſet, Hippocratemq; imitatus fuiſſet, qui & euacuabilia, & euacuationes diſtinxit atq; ſeparauit, cocta, & non cruda, à crudis, Item ſeiunxit euacuationem ſecundùm omnes partes, ab ea quæ eſt ſecundùm partem tantum, ſi inquã ſic feciſſet, nec ab Hippocrate, nec à recto operandi modo defeciſſet, nec tot mortales excitaſſet quas uidiſtis controuerſias. Deceptus enim eſt, id quod euri ſimpliciter conuenit, ei quod eſt ſecundùm quid, attribuendo: Quapropter tam ardua inſurexere ſcandala, Fuit enim arma in manibus furentium imponere: Quòd autem Galenus de eiuſmodi principio in potiori ſignificato luquutus fuerit, (licet rariſſimè appareat) non autem de his, quę frequentiſſimè (& ut ſic diximus) ſecundùm naturam apparentibus, patet, quia dicit, quòd omnino crudus incoctusquè eſt morbus in principio. Item Hippocratis adducens uerba allegato iam loco, non eo quidẽ illa refert modo, ut inibi illa iacent; quum eundẽ tamen locum precisè manentem, ita expoſuerit. De quo non ſatis admirari ualeo, poterat enim alterum dicere, uel quòd locus ille uigeſimus ſecundus aphorismus primę ſectionis, non rectè ſe habuerit, uel adminus ſui dicti diuerſitatis cauſam nobis aperire tenebatur, ut ſaltem eius inconſtantiæ nomen euitaret: Hoc autem ut puto non fecit, quoniam hac in re plurimum anceps fuerat; Parte una erat Hippocratis litera, in vigeſimo ſecundo dicens, Moue non cruda, & illa in uigeſimo nono ſecundę ſectionis, inquiens, Inchoantibus morbis, Moue. Quod quidem intelligi non poteſt, niſi de non crudis. Parte alia, ſibi per difficile uidebatur, ut morbus ſit in principio, & quòd nõ prorſus omnis excluſa ſit coctio; Hoc ipſe ſoluere impotens, illũ fortaſſis literæ cõtextũ alioquin legit, quàm maneat, & quàm expoſuerat; Et hęc penes me cauſa fuit, cur Galenus

ſecus

ſecus Hippocratis uerba recitauit, nam ſi legiſſet, Moue non cruda, non probè in eius gratiam litteram illam adduxiſſet; Ex quo ipſe in principio nõ uult quicquã euacuari, proinde nõ legit, Moue nõ cruda, ſed contra potius, videlicet, Cruda nõ: ſicq; Hippocrati aduerſatur, callidèq; nimis uerba permutat, atq; aliqua uerba omittit, quò ſuã melius ambiguitatẽ declinaret. Qui igitur nobis ob huiusmodi errores, & obliquitates aduerſari uoluerint, hos non crudos humores temere negantes, & ex conſequio illas euacuandi methodos diſſimulantes, non aduertunt, quòd hercle primũ naturæ parenti contradicunt, quæ de ſummè crudo, ad ſummè coctũ, ſine medio ſic procederet; Item quòd ſenſui ipſi, & non tantũ nobis reluctantur. Amplius quòd Hippocratis dignitati detrahunt, qui ſuam facere non poſſet exceptiuã: Præterea ſi uerũ eſſet per eos, quòd in morbi principio nil purgandũ, nec mouendũ ſit, ut in his morbis, qui à ſanguine non pendẽt, Et p Hippocratẽ in ſtatu nil horũ adhuc agendũ, ergo multò minus in horũ medio, quod eſt augmenti tempus, nil faciendum; Ex quo mediũ inter extrema vnius & eiusdem rationis, ipſum quoq; illius met iuris neceſſario erit; ſecus illorũ non eſſet mediũ; & ſic nihil omnino in augmenti tempore, circa euacuationẽ agẽdũ erit: Quam rem aliqui ſibi ipſis ſolis credentes admittunt; Sed de hoc in principali commentario diximus, & dicemus: Vbi igitur in principio non euacuandũ, minusq; in ſtatu id fieri poſſit, ergo iure optimo nequaquã in augmento munus id agendũ erit: (O res mira) ſic namq; medicus in laborantis damnũ otiabitur: Profecto par hoc eſſet, ac ſuperſedẽte nauta à remis in naufragio; Ita ſe haberet medicus in morbo iminente mortis diſcrimine, eſto etiam quòd huiusmodi à furioſa non pendeat materia: Nec illud tam ſanctum & neceſſarium axioma ſeruabitur, minusq; uſui tradetur, videlicet. Quæ ex plenitudine fiunt, euacuatio ſanat. Denum quid ad quotidiana experimenta dicemus? in quibus nos, & patres noſtri, & quot quot aliis erant in annis ſuſtentati fuimus in euacuatione principii, in his potiſſimum quæ ex plenitudine fiunt, & quibus humores obſequentes inuenimus, minusq; illos inextricabiles omnino comperuimus, quos aliquãdo exiſtere tamen non negamus, ſed eos perraros eſſe dicimus; at eorum loco non crudos frequenter inuenimus: Qua uia, ac quo calle, infinitos penè homines in uitæ diſcrimine exiſtentes, ſanauimus: Item non niſi inſanus dicet, humores

Huius rationis pondus licet craſſa uideatur, graue quidẽ eſt, etenim medium inter extrema quæ eiusdẽ ſunt rationis, & ipſum illius eſt, Si ergo nihil agẽdũ in pricipio, et nihil in ſtatu, ergo idem de augmento: Et tunc medicus otiabitur in periculoſis morbis, & erit ut nauta in culmine tempeſtatis dormiens: Amice quid tibi uidetur?

humores paſſim accedentibus languoribus ab eorũ principiis eq; diſpoſitos reperiri; Quandoquidem in aliquo ſummã eſſe cruditatem, in alio vero extremo minimã, in horũ uerò medio, mediam exiſtere ſenſu certificamur. Quod quũ ita ſit, credis ne Galenica claſſis eodem modo cruditatis in illo apparere, in quo humores modicam ante morbũ cruditatem eſſe, ſicut in his qui extremã & ſimpliciter participant? quũ formæ ne dũ ſecundùm agentis conditionem ut dicit Ariſtoles, uel plurimum patientis materię, vt Platoni magis arridere viſum eſt, inſequuntur. Item credis principii tempus eq; prolixum in hoc, vt in illo adinueniri? quũ dicat Auicena, quòd tertiana uno vel duobus aliquãdo eradicatur paroſiſmis, ubi preſertim uomitus aut alui deiectio ſuperuenerit: Modo dicas queſo qui nobis aduerſaris, quo nã pacto natura id primo, vel ſecũdo facere potuiſſet paroſiſmo, ſi humores quos primũ morbus affecit, illius cruditatis ſimpliciter eſſet? quo inquam modò, natura illis cum functionibus concoctrice & expultrice iſthæc feciſſet negotia? poſſunt ne plus Galeni adducta verba, quàm Hippocratis? quàm Auicenæ? quàm rationes dictę? quàm ſenſus, qui p quotidiana experimẽta continue docetur? non ne hoc intellectus imbecillitaté oſtenderet? Quum uerò deinde dicitur, ſi humores ſunt nõ crudi, & partẽ euacuare uelimus, non eſt cur totũ non euacuemus, quũ medici ſcopus ſit morbũ deſtruere dicit Galenus .iii. methodi; & ea ratione fieri inquis, quia calor naturalis in obiectum coquibile vniformiter agit; proinde dicis, ſi una reſſecanda eſt pars, ergo & alia: Deciperis amice non parũ: Sed in primis hiſtoriam de Antiſtite quodam guloſo ennaremus, agnũ in ueru coquere faciente in eius præſentia. Is etenim magnus præſul, ſecundùm quòd portio una ab igne prius coquebatur, eam ſtatim comedendo minorabat, & ſic ſucceſſiuè partim minorando procedebat, ut non prius totus coctus, quin & ab eo totus ingurgitatus foret agniculus. Nõ inceperat autem Antiſtes à carnis minoratione primũ, quia agnus crudus erat primũ cruditate ſimpliciter, tũ quia in eo per interitũ calore animalis extincto, quo primũ animalis forma materiæ vniebatur, & ex formarũ deinde ordine quę cadaueris eſt, ſucceſſerat; proinde tũ cruditas poſitiua ſimpliciter dici potuit, tũ quia ab igne nondũ paſſa, rectè quidem cruditas priuatiua etiã appellanda eſt; ſed quàm primũ ignis partem alterauerat, illam primũ ſtatim preſul capiebat, quòd ſi à principio carnẽ crudã nõ

Hiſtoria Antiſtitis guloſi, eius genio ſacrificãtis.

adinueniſſet,

adinueniſſet, ſed potius non crudam, cuius pars cocta fuiſſet, pars verò alia non, vt potè quòd non cruda eſſet, aſ minoratione quidem inchoaſſet ille magnus ac Reuerendus Antiſtes, & ita Hippocratem ęmulando dicemus, quòd ipſe partem primũ tantũ comediſſet, ſed non totum in principiis, quia ſic ſimul crudũ incongruè ac contra naturæ inſtitutũ ingurgitaſſet; Sicut in hiſtoria diſcipulorũ prędari Philoſophi POMponacii conciuis noſtri, Quibus ſemicoctas miſſas perdices, non lectis monentibus literis (ut prandii erat hora) eas non crudas comederunt, quòd ſi crudæ ſimpliciter fuiſſent, eis forte contigiſſet, quod Diogeni cynico; tentauerat enim ſuillũ pedem crudum comedere, quem quũ præ cruditate concoquere non potuiſſet, egenus Philoſophus vitę ceſſit. Ita eſſe pariter eſt dicendũ in humoribus tũ crudis, tũ non crudis, ſed quietis ſecundùm Hippocratẽ; Nẽpe licet calor, aut ignis, aut uitalis vniformiter eorũ intra periferiã in obiectũ inuehant, per totũ tamẽ & quamlibet eius partem vniformiter non agunt, neq; vniformiter ſe habent; Sed ſecundùm propinquitatem, & diſtantiam, & meliorem ac deteriorem agentis applicationẽ. Itẽ ſecundùm obiecti naturã, plus aut minus alterabilis opus ſit, ſunt enim partes coquibiles, alię uerò minus; ſicut de Pirri digito, qui toto eius combuſto corpore, digitus tamen ille numquam cremari potuit, veluti & ligna quędam magis aliis vſtibilia quidem exiſtunt, ut in ꝓblematicis quęſtionibus dicit Philoſophus, quòd ea quę poris abundant, ut teda, facilè accedũtur; cõtra verò quę poris vacãt, inuſtibilia quidem exiſtunt, ut hebenũ, & guaiacũ, & huiuſmodi. Non igitur valet, vniformiter calor agit, ergo ſi vna pars cocta eſt, atq; uno ſub certo caloris gradu, ergo & alia, & reliquæ ſic diſpoſitę ſunt; etenim pars quæ igni, aut quę calidiori parti aquę, uel iuris immediatior eſt, & cui magis & melius applicatur ſecundùm agẽtis intenſiorem gradũ, ea quidem eſt, quę primũ coquitur. Qua ratione caupones ipſi carnem in ueru aut in lebete exiſtentem, crebro reuoluunt, ne una prius altera pars coquatur; quæ ergo igni, uel æqualenti immediatior, & cui magis ignis ſecundùm intenſiorem actiuitatis gradũ applicatur, ea nimirũ eſt, quę magis & prius coquitur: & dicamus, quòd ipſa patiatur ut .viii. quę ſit A. quę verò remotior ſit. C. quæ patitur ut unũ, ergo quæ erit in medio coctionis gradu, puta. B. in medio quidem ſe ſe habebit ſtatu, modo non ſequitur, quòd in huiuſmodi uniformi actione

Hiſtoria diſcipulorũ præclari Philoſophi Petri Pomponacii.

actione .A. B. C. ut ſi coctum ſit .A. quòd in eadem coctione B. C. cocta remaneant, ex quo non ęqualem coctionis gradũ hæ ſuſtinent partes: Profecto tu qui nobis cum ſecta aduerſaris, paruam uel nullam de agendi modis, quibus entia naturalia ſuis cũ formis agunt, peritiam habere oſtendis. Nempe tametſi ipſa uniformiter eorũ in actionibus ſe ſe habeant, id tamen quod agunt, difformiter faciunt. Quamobrem ratio per aduerſatorem facta, ex malè aſſumptis, ac peius intellectis paralogizat. Idcirco nullius prorſus eſt ualoris: verùm quia de eiuſmodi coctione ęque loqueris, ac de elixatione, & aſſatione, quæ à natura in uiuentibus efficiũtur; de quibus Ariſtoteles in libro de mixtis exactè pertractauit, & nos in principali commentario abundè diximus, & cũ Examinatore inferius reliquũ dicemus, Nunc conſultò habenas contrahimus. Neq; accuſandus ſum à doctis illis Clariſſimis Tuſcis, dicentibus cruda quidem in omnibus exiſtere morborũ principiis (cuiuscunq; humorũ generis fuerint) capiunt enim hi non cruda, pro crudis; dicimus namq; iuxta prædicta, crudũ multis eſſe modis. Item quòd ſi omnia quæ in morborũ principiis exiſtunt, unius tantũ cruditatis modi eſſent, quę ſimpliciter exiſterent, verum quidẽ dicerent; & mea herclè ſententia inſolubile hoc prorſus ſuũ eſſet dictũ; At deinde Hippocrates hoc pręceptũ nobis tradere non debuiſſet; Similiter nec idẽ cæteri Illuſtres admittere debuiſſent. Sed quod plus, nec ipſi hoc in morborũ principiis facere deberent; Ex quo crudũ ſimpliciter & extremũ quod ipſi ponunt, ęq; ſe habet ſicut & coctũ ſimpliciter eius oppoſitũ: Scimus enim quod illud quod dicitur coctũ ſimpliciter, omnes ſui coctas habet partes euacuabiles; Ergo pariter putãdũ eſt, quòd eius oppoſitũ ſcilicet crudũ ſimpliciter, id eſt, quod nullas ſui partes euacuabiles habet; ex quo cõtraria ynius prorſus (ut dictũ eſt) rationis exiſtunt: Ergo ſi ut dicunt in principiis ſemper eſt crudũ ſimpliciter, nullum quidem eorũ in principiis erit euacuabile, nec ſecundùm totũ, uec ſecũdùm partem, quoniam diffinitio numquam à ſuo diffinito ſeparari poteſt. At huius oppoſitũ, ſeu rectius contradictoriũ ponit Hippocrates, quinimmo huius oppoſitũ ipſi crebro faciunt, cũ Caſſia, aut Siracoſt, aut Syrupo roſato, & ſpeciebus hyere: Quinimmo ſenſus indies hac in re nobis fœlices oſtendit euacuationes, quod in crudis ſimpliciter nequaquã euenire poſſet; ergo cũ detrimento totius orbis Hippocrati detrahunt: Sed quid de

Hippocrate

Hippocrate dicimus? quandoquidem omnes Illuſtres comperimus, ita in principiis operantes in omni morborũ genere (ut inferius ad amuſſim oſtendemus) Fateor tamen ingenuè, Quòd ſi aliqua appareant cruda ſimpliciter in principio, quòd huiusmodi nequaquam euacuanda ſint; Sed hæc veluti monſtra eſſe diximus, & dicemus inferius, & non tantum quia ſcilicet raro ueniant, ſed quia à propria eorum natura degenerare uidentur; Quòd ſi ipſi de hoc meo adducto verbo admirantur (ut dicunt) Ipſi nimirum magis admiratione digni ſunt. Non minus iniuriè prędicti me reprehendunt, quod perperam dixerim, Auicenã Raſi & galeno contradicere, atq; hoc apertũ eſſe mẽdatiũ prędicant; nam ſi Raſi, inquiunt, Galeno ad minus certè non aduerſatur: Quandoquidẽ Auicena cap. de cura putridarũ in generali ad literam dicat. Si Raſis Hippocratem & Galenũ uidiſſet, non dixiſſet cruda tenuia in principio euacuanda eſſe: Quibus pro reſponſione dico, Quòd ſi Raſis Galenũ uidiſſet in libro de conſtitutione artis medicinæ, id non fortaſſis dixiſſet. Sed cũ mox idem Galenus in libro de quos, & quando, euacuare oportet, dixerit quòd tenuia ſine coctione á principio euacuari pro libito poſſint, Quem Galeni locũ raſis inſpexerat, & magis ſibi forte arriſerat, tamquam tempeſtiuę euacuationis plurimum cupidus, ideo ei magis adhæſit, quàm dictis eiusdem met authoris in eo adducto libro de conſtitutione. Qui forte locus Auicenæ tunc ſcribenti non ſuccurerat, ſeu é memoria exciderat; qui ſi occurriſſet, eadem ſpicula in Galenum intuliſſet, quæ in Raſem iniecit, & ita non perperam dixerim Auicenam, ſi nõ verbo, ſaltem re ipſa, utriſq; contradixiſſe, & Hippocrati, & Galeno, quia ſi nõ Galeno in uno loco, ſaltem in libro de conſtitutione artis medicæ: Iſta autem nimirũ ipſi Galeno facile contingere potuerunt, propter eius varietatem, Cameleonti etenim valde per ſimilis exiſtit; ergo utrumq; ſequitur, ſcilicet Auicenam debere Raſem accuſare & non Galenũ, vnũ videlicet inſpiciendo eius librũ, & rurſus ſequitur ipſum vtrũq; ſimul corripere debere, aliũ eiusdem Galeni inſpiciendo volumen. Ad antecedens enim contraria complectens, vtrũq; dubio procul ſequitur contrarium; Hocq; in Galeno perſimile valde eſt, in eo maximè, in quo de ſectione venæ delinquit, frequenter enim tantus author hoc laborat morbo, ſibi met obuiando; xiii. enim methodi de phlegmone, quę nondum nacta eſt abſolutionem, fluxione

adhuc infeſtante loquens, non ſimplici quidem curari uia inquit, ſed reuulſu & euacuatione; qui uerò in libro de ſanguinis miſſione de pleuritide diſerentem legerit, uidebit, quòd ſecundùm eundem non probè reuulſu ſanabitur, ſed euacuatione ſola, ac ſimplici; Ex quo niſi ægrè, & poſt tempus id ſit reuulſu, ideo ab auſpicatu uenam eiusdem met lateris ſecat, quę ſimpliciter, & ſine omni reuulſione euacuat, licet Galenus ſibi contrariũ ſuaſerit, eam ſcilicet reuellere, ſimulq; euacuare, quod ſupra captũ humanũ eſt, Venam eiusdem met lateris id facere poſſe, ut luce clarius ſumma ſecunda, cap. decimo nos monſtrauimus: Modo in propoſito pariter ſequi videtur, Auicenã uno loci Galenũ laudare, quia benedicentem, vt .xiii. methodi, & ipſum met damnare plurimũ debere, videlicet in libro de ſanguinis miſſione. Dices, adminus Auicena ipſum in hoc damnare debuerat Galenũ, quòd tenuia cruda euacuari admittat, ſicut Raſem damnauit; Cui dico, quòd poterat ſi uoluiſſet; Sed quid tũ? Id non fecit ex eius more. Porrò hoc mirũ fuiſſet in Galeno, qui nemini pepercit, ad Ariſtotelem uſq;, quem tamen ſemper uenerari debuerat; nam medici in his quę maximè á natura fiunt, Philoſophis credere debent, quantò magis philoſophorũ primo? Nẽpe ſatis Auicena eum accuſauit, quando ab eius dogmatibus declinauerit, atq; in oppoſitũ ſuorũ dictorũ operari in iis quę ſcripſimus præceperit: Quare ad noſtrũ redeuntes, Dicimus, Raſe, & Galeno ita dicentibus, ſiue in vno ſiue in alio libro, quia nihil ad nos, conſulto quidem ſecundùm Auicenã nedũ his utrisq;, ſed quibuscũq; aliis omnibus ita dicẽtibus, detrahendũ. Addunt ſuper Doctores hi Tuſci, quòd ſi una in morborũ principiis admittitur euacuatio, puta humorum partẽ minorando, nulla uidetur ratio, cur & aliarũ partiũ euacuatio fieri non debeat. Hęc ſanè ratio, ſic abſolutè prolata, nullam prorſus herclè euidentiã habere videtur. Vidimus namq; Hippocratem expreſsè euacuationi principii conſenſiſſe, Si nobis videatur; Item vidimus, illũ etiam eo tẽpore principii nullo modo vniuerſæ euacuationi cõſentire, ſed ſolũ ei quæ ſecundùm partem, Niſi materia ſit furioſa; Vbi namq; tota cocta fuiſſet, vniuerſam utiq; conceſſiſſet euacuationem, ſed clarũ eſt quòd huiusmodi niſi in fine reperitur; Nos verò loquimur de principio in quo uel eſt cruda materia ſimpliciter, vel non cruda; Si cruda, eam habet in eius genere rationẽ, quã habet cocta in ſuo, quę ſcilicet omnes habent partes

coctas,

coctas, ergo cruda pariter omnes crudas habet partes, & tunc nullam eius partem in principio euacuare possumus, nec quærere debemus; sicut contra quæ cocta est, omnes eius partes coctas habet, & tunc omnes partes euacuandę. Si uerò non cruda sit, quæ planè non ex coctis tantum, nec ex crudis tantum, sed partim ex coctis, & partim ex crudis constituitur, earũ partẽ tantũ & non omnes euacuare debeamus, & sic per quàm bellè apparet, quàm probè Hippocrates loquutus fuerit, in ponendo illam tertiam naturam inter crudã & coctam; Mox in ponẽdo ex consequio, quòd si fuerit nõ cruda, quòd partẽ tantũ in principio, & non totũ aliquo pacto euacuare debeamus, Nisi fuerit furiosa: Ne si totam uelimus, ad crudas transitus fieret (quod abhominabile) Nullam ergo Tusca hæc ratio euidentiam habet contra Hippocratem, quia dicet ipse, quũ materia principii possit esse non cruda, Immo ut plurimum ita sit, ea propter euacuandũ primũ secundùm partẽ, & nullo modo secundùm totũ: Vnde appareret euidens ratio, cur partem, & non totũ euacuemus: At quia Tusci cũ examinatore plus Galeno credunt, quàm Hippocrati, qui literam corrumpit, qui non legit Non cruda, Sed potius legit, Cruda non; Ideo sic legẽdo, euidentia statim insurgit in crudo simpliciter, quo nam pacto de crudo auferre poteris vnam partem, quin & omnes? Habet ergo Hippocrates optimam uiã respondendi. Hi verò nullam: Dicent rursus Domini Tusci contra nos, quo nam pacto in principio non facta coctione, minusq; à natura excretione, cũ pharmaco fieri potest euacuatio? ut partem, & non alias euacues? Dico hanc Hippocrati ita uolenti, & præcipienti, & non nobis, faciendam esse pętitionem: sed quia tamen hoc illud est, quod vniuersę sectæ durũ uidetur, tametsi indies passim, & leniter fieri per sensum videant, & nos continuè experiamur, acquiescere nimirum deberent: Verũ huic tãę rei inferius pro Hippocrate satisfacere conabimur. Pro nunc autem satis sit; Quòd prima facta euacuatione, uia ut inquit Auicenna alleuiationis, seu Hippocraticè, uia minorationis, ab ulteriori quidem euacuatione desistendũ, nisi aliquod forte & uiolentũ cogeret, ipsi tantum coctioni insistendo; Secus malos esset imitari coquos, qui frequẽter coctionem, aut additione, aut remotione ab igne impedientes, eam imperficiunt, ac (ut dicitur) molinsim, seu coinquinationem faciunt. Arguunt prędicti rursus & me, quod Auicenã dixerim uelle à principio forti

Quomodo consequutio ualeat cõtra Galenum & eius classem, quòd si pars euacuari potest in principio, ergo & totũ, non autẽ ualeat cõtra Hippocratem, et eius classem.

cum medicamine mouere, seu alleuiare; Quũ tamen ipse in de cura putridarũ in generali, pręcipiat nos vti Siracost, Iulep, Clisteri, & facilimis, ut est ibi uidere: Quibus ego constanter dico, Auicenam in morbis timore nõ uacantibus, minorationem enixè intendere ad artis integritatem, & ad Hippocratis mentem; atq; hoc non cum leui, sed potius forti cũ medicamine, non crudũ eo modo quo diximus educere ualẽte, quod in principiis secundùm plus representari dicimus. Quod herclè non clystere, non Cassia, nec Syracost, nec Syrupus, aut Iulep, facere sufficerent, Idcirco eius contemplemur quę sequuntur verba.

AVICENAE VERBA CAP. DE curatione putridarum in generali.

„ Quum administraueris canones prædictos in principio aduentus
„ febris, Tunc oportet, ut post id occuperis in digestione, & eua-
„ cuatione, quę non est secundùm semitam minorationis, & alle-
„ uiationis. Et oportet ut obserues ĩ omnibus illis dispositionẽ uir-
„ tutis. Quòd si fuerit illud quod uincit sanguis, tunc phloboto-
„ mia est magis cõueniẽs; & ꝓpriè cũ vrinę fuerint crassę & rubeę:
„ Et deinde fac sequi phlobotomiã solutionẽ uẽtris subtilẽ, ꝓpriè si
„ fuerit lenitas cũ aqua hordei, & cũ syrupo acetoso: Et si natura
„ non fuerit lenis, adde in eo quod est syracost, & syrupus uiolatus,
„ Et sit ultimitas lenificatio, nõ fluxus uentris, & non solutio labo-
„ riosa: Et similiter si times supra ipsam uirtutem ex humore, & ma-
„ gis necessaria fuerit obseruantia euacuationis, quamuis non sit
„ digestio, tunc non moueas, nisi in principio. Et hoc est illud
„ quod nominauit Hippocrates furiositatẽ, vbi dicit, Oportet ut
„ administretur medicina solutiua, postquã digeritur ęgritudo: In
„ principio autem non oportet ut administretur, nisi ęgritudo sit
„ furiosa. In hoc sanè contextu, pro verborum intelligentia, compluriũ necessarium esse intelligentiam aspicio. Et in primis ut lectores expurgatos & non in passionibus depræssos habeant animos, & ut non à cauillis ac nominũ multiplicitate suppeditentur; Atq; ut pro explorato habeant, Auicenę commentaria, ob malam ac ineptam transumptionem, plurima quidem indigere eruditione, ac cultura, propter quam concinnam ac perspicuam assequantur phrasim, ut inde clarus insurgat sensus; sicut contra concisa, scabrosa resultat sententia: Reor enim eius linguam, à

dicendi

dicendi lepore remotiſſimam, tũ quia à græco, tum quia à latino idiomate plurimũ diſtat: Et ſicut in vtrisq; multi & docti floruere elegantes uiri, contra in illo defloruere, atq; ipſius omnino experres fuere: Timeo pręterea ne Arabs hic ſermo plurimam uerborũ patiatur egeſtatem: Vtinam ita mihi contingere poſſet, quod Auerroi in depravato Ariſtotelis textu, cui ex fœlicitate ingenii & iudicii, perſpicuus ac rectus ſuccurebat ſenſus: Nempe lector plus uerborũ ſuccũ atq; ſententiã, quàm ornatũ (vt dicit Horatius) exquirere tenetur. Porrò ita hic Auicenę ſermo (ut puto) nũc ſic tractãdus eſt, quòd ſi Hippocratis uerbis, ac eius mẽti, uerisq; experimentis reſpondeat, approbandus tunc ſit. Aduertendum quin etiam eſt, tantum authorem in diſciplinis Ariſtotelis non parũ quidem exercitatũ fuiſſe; Qui multis in libris ut ſapientiæ, & de animalibus, quinimmo ubiq; locorũ hoc Philoſophus ſeruauit, ut uniuerſalia ipſa magisq; communia ſemper præcederent; ad quę mox per naturam uia (vt aiunt) compoſitiua particularia ſequi habeant: Quamobrem Auicena hunc ſeruans morem, vniuerſales quidem canones tũ ad Theoriam, tũ ad Praxim pertinentes, primo canonis antepoſuit, quos deinde in particularibus libris in memoriã reuocandos, uoluit. Modo his pręhabitis ad pręſens inſtitutum conuerſi, dicimus, Librũ illum de febribus, particularem quidem eſſe, ad uniuerſum artis orbem relatũ; Proinde in eo neceſſum eſſe, illos quoq; maxime canones commemorari, qui pro vniuerſalioribus, ac cõmunioribus habendi ſunt, qui in primi fen quarta deſcripti ſunt, quũ curationes tam leuiũ quàm grauiũ morborũ deſcribit. Itaq; in eiusmodi cap. de febribus loqui uolens, deberet utiq; rẽ per vniuerſales canones tractare, videlicet quòd ſi febres de leuibus, ſint, non cũ contrariis curandę eſſent, ſi uerò contra potius graues extiterint morbi, quòd à forti medicamine nimirũ incipiendũ ſit prius. Quos hic non repetit, Sed illos ſufficit commemoratos fuiſſe. Mox Auicena vniuerſalibus his adminiſtratis canonibus, inquit, Tunc oportet ut occuperis. Vbi canones curationis febrium proprios ac particulares proponit. Et duo principaliter facit, nam primo agit de febribus quo ad ipſas materias quietas, mox quo ad inquietas: Secunda ibi, Et ſimiliter ſi times. Quo ad primũ, quatuor facit, primũ quòd pręmiſſa in grauibus morbis curatione per canones generales, cũ euacuatione & cũ forti quidẽ medicamine, per ꝓprios modo quid agẽdũ ſit, edocet; uidelicet

coctione,& euacuatione; ſecundo quid quo ad uirtutẽ ipsã ſeruandam faciendũq; ſit; tertio quid quò ad phlobotomiã, in caſu quòd ſanguis exeanduerit adminiſtrandã; quarto quid poſt phlobotomiam operandũ deinde fuerit; Quo ad primã quidem partẽ, dicit, quòd oportet, ut occuperis in digeſtione & euacuatione. Hic autem plura notanda, Primũ quòd hic nõ merè incipit à digeſtione (ut illi arbitrantur) quia ſupponit iam factam fuiſſe euacuationem, ſi febris fuerit de grauibus, timore non uacantibus, quantò magis ſi à materia furioſa proceſſerint: in utraque enim forti cũ medicamine agendũ, hoc tamẽ ſeruato, quòd in materia mala, licet huiuſmodi ſatis forte ac potens ſit pharmacum, non debet tamen tale ac tantũ eſſe, ut uiolenter vniuerſam rapere habeat materiam, veluti in furioſa agendũ eſſet: Quapropter rectè dixit, Cum adminiſtraueris canones, qui ſecundùm eius doctrinam non ſecus intelligendi ſunt, quos ſanè canones, quum hoc in libro de febribus eos ipſe nõ dicat, ergo Ariſtoteliçè agendo, intelligi uult in his, in quibus cõmunia & uniuerſalia ſeminauerat: At mirũ de tã præclaris Tuſcis, quòd ad Principis uerba nõ aduerterint. Mirũ quin etiam de aliis, qui dicunt quòd à morbi principio euacuandũ eſt, euacuatione quæ prima tantũ reſpicit uaſa; Hoc etenim ſaltem non eſt ſecundũ Auiçenę dogma, Hippocratẽ ipsũ exponentis, niſi illi eũ melius ipſo intellexerint: Nõ uiderur etiã ſecundùm Galenũ eo ſaltẽ loci, quũ .xxix. ſecũdę ſectionis principii euacuationẽ cũ Hippocrate admittit, dicente, quòd minore materia iã facta, reliquũ celerius, ac melius coquat; modo pars educta, ad illud quidẽ relictũ coquendũ referri habet, quod ſanè educẽdũ, forte ac ualidũ quidẽ expoſtulat pharmacũ, id quod nõ faceret materia in primis illis tantũ cõtẽta uaſis; Quã certè Hippocrates, nec Galenus modo adductus, nec Auiçena, eã primũ inſpexere; Neq; hic maius teſtimoniũ adducere poſſũ, q̃ nullo modo intelligẽdũ ſit de materia in his primis uaſis cõtẽta, quàm quòd Auicena præmiſſa illa euacuatione, quòd mox attẽdit coctioni, & euacuationi; id quòd non aſcribẽdũ amplius euacuationi, quę ſit cũ forti pharmaco, Nã id dupliciter Auicena remouet, quia dicit, quòd non ſit de genere minorationis, neq; aleuiationis; poſtmodũ ſpecificat inſtrumẽti qualitatẽ, puta, Syracoſt, Syrupũ roſatũ, Hordei aquã, Clyſtere; quæ ſi nõ ſatis ſunt materiã morbi euacuare, attamẽ prima uaſa expurgare ſatis exiſtunt, & illa ſimul cũ coctione ita continuata, munda, ac peruia reddere;

reddere; hoc enim euacuationis genus, cum coctione aſſociari nimirũ poteſt, ſic enim perbellè coctio procedere poteſt: Videre quantò artificioſè hac in re Auicena procedit, minuſq; coctionem diſtrahit, atq; conturbat, quæ alioqui ſũmã expoſtulat quietẽ: Sequitur in litera. Et oportet ut obſerues in omnibus illis diſpoſitionẽ uirtutis: Et hoc eſt aliud præceptũ, quod ſequitur ad modo dictã euacuationẽ, coctioni inchoatæ annexam, quæ ſi non debitè tentata foret, uirtutẽ non ſeruaret, & hoc ab Auicena ſapienter poſitũ eſt, ne ille ueniat error, qui à uulgaribus medicis frequenter prouenire ſolet, qui omni fermè die noua fluxũ facientia exhibent pharmaca, & ſic virtutẽ ipſam deniq; lexant, & deiiciũt: Sequitur, Quod ſi fuerit id quod vincit sãguis: Hoc aliud eſt tertiũ præceptũ: Poſt quàm ſuppoſitũ eſt materiã cũ illo forti pharmaco ſecũdùm eius partẽ euacuatã fuiſſe, & reliquã eius partẽ deinde cõtinua coctione elaboratã, Nũc modo ubi interea ſanguis, aut ebulitione aut comixtione aliqua dominiũ vſurpari cęperit, documẽtũ ſiue maximũ præſidiũ offert, Inquiens, Nihil plus cõueniẽs eſt, quàm phlobotomia, quũ maximè vrinę indicauerint: Ex quo etiã loco apparet, quòd Auicenę dogma iã nõ eſt, in vniuerſũ à venę ſectione in morbis inchoare pro minoratione, vt inquit ſecta, Galeni auſpiciis; Quũ reuera maximũ hoc deliramentũ (vt monſtrauimus) exiſtat: Deinde ſequitur: Fac ſequi phlobotomiã: Hic poſtremo quid poſt phlobotomiã agendũ ſit Auicena docet, inquiens. Fac ſequi ventris ſolutionẽ ſubtilẽ, quia tamen uariè diſpoſitus inueniri poteſt venter, nã modo cũ lenitate, modo cũ ſtipticitate, ideo huiusmodi ſubtilẽ euacuationẽ diuerſificat, modo cũ aqua hordei, & Syrupo acetoſo, modo cum Syracoſt, & Iulep uiolato, horũ vnũ plus aliis eligens, ſecundũ maiorẽ exigentiã, modo huiusmodi uentris leniras ad fluxũ, aut laborioſã ſolutionẽ nõ ducatur; & ſic (ni fallor) Auicenã clarè hactenus loquutũ fuiſſe arbitror, in nullo Hippocrati repugnando, minuſq; rationi, ac fœlicibus euentis à tot patribus noſtris præcedẽtibus cognitis, Quę Girardus Bolderius Veronẽſis, Manardus vir nõ uulgaris, ſpacio 48. annorũ cõprobauit, Coradinus, Io. ab Aquila, Bartholameus Mõtagnana, Calcerãdus, & p̃ multi alii quos lõgũ eſſet nimis adnumerare: Et ſi noſtrũ alicuius ualoris teſtimoniũ eſſe poſſit, fidẽ noſtrã quinquaginta & ſupra ãnos addimus, quandoquidẽ hunc operandi modũ fœliciſſimũ inſpeximus, ſicut contra ob malũ ac peruerſũ ſectę, mortalitatem, & magnam ſubſequi cladem uidere potuimus; Quę me ſanè adeo deterruit,

Quãde noſtrum fuerit ſtudiũ in mundi ſalutem.

teruit, ut ad maximũ laborẽ, eũ uitę, opumq; mearum diſpendio, impullerit. Tanta fuit vniuerſi in me cura, labor, ſtudiũ, ac diligentia, & amor: Quę ſi mundus ob malã præſentẽ diſtemperiẽ agnoſcere noluerit, (ad id enim deuentũ eſt, ut reor, ut illud Seuerini liberè dici modo poſſit carmen, Nunc peruerſi reſident celſo, mores ſolio, ſanctaq; calcant iniuſta uice colla nocentes,) adminus Dii beati ac immortales, quũ (ut ſpero) ad ſuã puenero regionẽ, vbi nõ æſtus, nõ frigus, & imbres, nõ láguor, nõ ſenectus, nec malorũ, nec inuidorũ morſus exiſtũt, me placidè ſuſcipiẽt, mentemq; meã in æternum fouebũt: Sequitur in Auicenę litera.

„ Et ſi times victoriã ſupra uirtutẽ ex humore, & magis neceſſaria
„ fuerit obſeruantia euacuationis, quamuis non ſit digeſtio, tunc nõ
„ moueas, niſi in principio, apud ſtatũ non moueas aliquid, donec
„ vincat natura, & digerat; & ſi ipſa non mouet, moue tu, motu cõ-
„ uenienti motui eius, Et ſi ipſa mouet, aut mouit, tunc dimitte
„ eam, & eius operationem; Et hoc eſt illud quod nominauit
„ Hippocrates furioſitatem; vbi dixit, Oportet vt adminiſtretur
„ medicina ſolutiua, poſtquam digeritur ægritudo; In principio
„ autem ęgritudinis, non oportet vt adminiſtretur illud niſi ęgri-
„ tudo ſit furioſa, & forſan non eſt ſecundùm plurimũ furioſa: Et
„ talis eſt iſta euacuatio neceſſaria quę non eſt in hora ſua, ſicut ci-
„ batio neceſſaria, quę non eſt in hora ſua; Et proportio iſtius eua-
„ cuationis ad prohibendã acuitatẽ materię, eſt ſicut ꝓportio illius
„ cibationis ad ꝓhibendũ uirtutẽ à caſu ſuo. In hac præſenti parte,
„ Auicena mihi non uiſus eſt, eo ut ſolet maturo uti conſilio, ſiue
transferentiũ hoc culpa fuerit, ſiue ex ſe fuerit, ut multis accidit ſcribentibus, aliquãdo rẽ ipſi melius intelligunt, quàm poſt ſcribendo aliis tradant: vidimus enim quòd in fronte cap. dixerat, neceſſariã eſſe generaliũ canonũ adminiſtrationẽ, quã habere ab eo nos nõ poſſumus, niſi à fen quarta primi, qui liber eſt ſuarũ methodorũ; In quo dicit, q; in leuibus morbis bono trãſeundũ cum regimine; in quibus dicit multa ſufficit regiminis bonitas. At cõtra í grauib⁹ timore nõ vacãtib⁹, inquit, q; à forti medicamine inchoãdũ: Has igitur in primis methodos inſpicere oportet. Nã ſi morbi ſũt graues hoc fieri nõ poteſt, niſi vel à materia multa, & mala, quę nõ uinci, ſed uincere poti⁹ valeret, vel à materia furioſa, & hi vtriq; morbi in vno cõueniũt, ſcilicet ut mortis periculũ euitemus; Hoc autẽ nos cogit ad forte medicamẽ. Et magis neceſſaria eſt obſeruantia euacuationis, quamuis nõ ſit digeſtio, Quę ſunt eiusdẽ verba, Quę ambo duo genera in ꝓſpectu Hippocratis

vtiq;

vtiq; fuere, ſed vnũ ut frequentius, aliud verò ut raro contingens; Item vnũ expellendũ ſecundùm totũ, Aliud uetò ſecundùm partẽ; & quia vtrũq; reſpicit non materias vagãtes, & in primis tãtũ vaſis exiſtẽtes, ſed morbi materiã, ad quã nõ ſatis eſt Mãna, nec Iulep, nec Clyſtere, ergo recte dicit Auicena, quòd à forti medicamine incipiendũ, quod tamen partẽ dũtaxat, quamuis nõ ſit digeſtio ſupple integra, tollere habeat; & dicit quòd magis eſſe debet obſeruantia euacuationis, quàm ſupple completę digeſtionis, propter mortis timorẽ: Si ergo duo hęc in proſpectu Hippocratis omnino fuerant, quo nam pacto Auicena eius expoſitor, hoc ſubterfugere valet? profectò non poteſt, neq; debet: & ideo non ab re ea modica dixit uerba in fronte capituli, Quũ adminiſtraueris canones generales: Quæ tam modica uerba nimirum uidentur ueluti ſubterfugientis hominis, quemadmodũ dicere ſolitus fuerat Clariſſimus philoſophus, ac medicus, pręceptor meus Petrus Trapolinus, de his ſic parcè loquentibus; quòd hi proportione reſpondent muribus ſuper farinam tranſeuntibus, & muſipulis ſupra carbones ignitos migrantibus: Credo ego Auicenam vel malè hic conuerſũ, vel librũ hunc nõ ita cõcoxit, ſicut librũ primi canonis; nõ igitur diſſidẽtes ab eo quod Hippocrates dixit, & ipſemet Auicena in canonibus illis uniuerſalibus, ad quos ſe remittit, quòd primũ in morbis à timore non vacantibus, debemus nos euacuare, eo modo ut diximus, quisquis morbus ille fuerit, ſiue febris, uel alterius naturæ: Deinde quòd procedamus cũ coctione & leui euacuatione, quæ non ducat ad alleuiationis ſiue minorationis genus, quæ ſolutionẽ, & fluxum uẽtris faciat, cũ Syracoſt, Aqua hordei; quę inſtrumẽta ſi ſatis sũt ad euacuationes materierũ, quę prima occupant uaſa, ea peruia & munda redendo, nõ ſatis tamen eſſent ad redendos nos tutos à morbis ſuſpicionem inducentibus. At ſi interim aliqua ſanguinis excandeſcentia iuſurgat, venæ ſectionem cõmendat, quam tardam fieri non uult, ne deinde coctionem impediat, & uirtutem laxatam non dejiciat. Rurſus aduertens quid poſt phlobotomiam mox agendũ ſit, ſubtilem ſcilicet adminiſtrandam eſſe euacuationem, cũ aqua hordei, & Iulep, & Syracoſt: His ita ſtantibus, ac examinatis, Auicena casũ qui furioſam inſequi ſolet materiam proponit; vt pote quũ ſic nos forte proceſſerimus coctione & euacuatione, de ea quidem euacuatione non in principio facta intelligendo, quæ materiæ peccantis partem tollit, ſed de

ea quæ

ea quæ ſit cũ leuibus, prima tantũ vaſa mundificantibus, ſi inquã ſic procedentibus nobis, attamen uictorię ſupra morbũ ſigna non uiderimus, ſed potius contra morbi ſupra naturam timeamus, adeo ut magis neceſſaria ſit obſeruantia euacuationis. Huic ſanè rei ſic addubitatæ, Auicena reſpondere non uidetur, ſed quaſi impertinenter dicit, quòd mouere non debemus niſi in principio, quia tunc licet humor non ſit digeſtus, mouere tamen licet; at ſi fuerimus prope ſtatũ, quòd mouere non debemus, ſed expectare quòd ueniat digeſtio, & quòd natura uincat; Quòd ſi ipſa uincens mouerit, debemus ut dixit Hippocrates eã dimittere; ſin autem non mouerit, nos mouere eo motu debemus, & via quę ei conueniret. Addit quin etiam Princeps vnũ, nedũ à ſuis met dictis, ſed ab Hippocratis alienũ, uidelicet quòd ante ſtatũ cũ medicina ſolutiua agere non debemus, vt dicatur quòd expectare non oportet ut ęgritudo digeratur prius, ſed extemporaneè agere cũ ſolutiuo pharmaco, hoc ſecundùm Hippocratem non conueniat, niſi in furioſis humoribus: Poſtremò Auicena dicit inquo ſenſu ita tempeſtiuè extra ſuã horam euacuamus, atq; dicit perſimile eſſe cibationi factę extra ſuam horã, ut in illo morbi acuitatem fugiamus. In ea uero, ut uirtutis caſum euitemus, & ſic ut patet, propoſito iam caſui, videlicet ſi in morbi proceſſu inſtante coctionis opere ſigna uictoriæ contra morbũ non apparuerint, ſed contra potius ſuperueniant, quid nam agendũ ipſe non reſpõdet; & in hoc deficere uidetur, ſe circa furioſa in principio occupans, quid nam ſecundùm Hippocratem agendũ ſit, quũ tamen dubitatio de augmenti tẽpore inquirat: Præterea timor nõ ita dũ taxat ab inquietis humoribus fit, quin & à quietis idẽ timor accire nõ poſſit. Quapptер Hippocrates utrũq; è ſpecula uidens diſcrimen, pprias parauit tutelas, nã quietis timoré periẽtibus quia humores multi ac mali ſunt, nõ vniuerſalem ſed particulare prę-
cipit euacuationem; In inquietis verò vniuerſalem: Quũ ergo Princeps de turgentibus tantũ loqui velit, integram non tradit doctrinam, dũ Hippocratem exponit, & ſic deficit, ex quo pro vtroq; timore loqui debuerat; & iam propoſitæ dubitationi reſpondere tenebatur, quid nam agendũ in augmento, vbi tunc ſigna victoriæ humoris ſupra naturam apparuerint; quę ſic ab uno ſicut ab alio prouenire poſſent humore. Non ita ſeruare videtur Hippocratis dicta, ſicut primi quarta ad vnguem prorſus ſeruauit, vt ne dũ per granũ ab eo defecit; Quapropter non ab re illũ

dixi

dixi bene recognitũ, contra uerò hunc de febribus (vt reor) nõ eã habuiſſe coctionẽ. Dubitationis attamen motæ ſolutionẽ ab eius prægnantibus uerbis capere debemus nos, quũ dixit, Viſis illis ſignis uictorię humoris, non autem naturæ ſupra morbũ, quòd magis neceſſaria eſt euacuationis obſeruantia: & paulo infra dicit, Quũ non fueris confiſus de uirtute, Cautella eſt euacuatio: Verũ eſt, quòd hæc pars vltima cõciſa nimiũ, ac ſcabroſa videtur, utcunq; tamen ego crediderim, quòd Auicena interrogatus, non ſecus ab eo quod diximus reſponderet. Non ergo falſum dixi, ut hi mihi doctores Tuſci imponunt, quòd dixerim Auicenã cũ antiquis cõuenire, dicũt enim ipſi, quo nã pacto hoc fieri poteſt? ſi illi fortibus, deſolatis medicamentis, Auicena uerò leuibus conſolatis medicũ quidem agebat negotiũ? Quibus ego dico, eos ex falſis procedere, ſi iam expoſitũ ſenſũ aduerterint, atq; ipſũ cũ antiquis preſertim cũ Hippocrate parẽ tenuiſſe animũ, ſed in exequtione, ob temporũ iniuriã, illũ diſparẽ habuiſſe. Supereſt modo illius ex nouiſſimis doctoribus penultimi placitum adducere, quamuis ex à nobis iã dictis diligens ſcrutator omniũ difficultatũ nodos per ſe ipſũ ſoluere potuiſſet; Quia tamen in propria confiſus authoritate acquieſcere noluit, ſpecialem nos cũ eo luctam aſſumere coacti fuimus. Rem autem agrediens. Vidimus eius primũ ſuppoſitum de coctione exiſtere, ſed quoniam in huiusmodi negocio cũ Examinatore præter rationem de ea ſuperius uerba facere compulſus fueram, vbi de principii cruditate ei obnoxia opportunius pro tunc fuiſſet; quapropter de ea ſuccintè & non in integrũ egimus: Reliquũ ibi omiſſum, hic vt in conuenientiori loco, Deo glorioſo adiuuante perficere intendimus. Hoc pro conſtanti habito, quòd coctio ita morborũ fini iam humorũ deuicta perfidia conuenit, quæ uniuerſam expoſcit euacuationem, ſicut principio cõgruũ eſt de cruditate loqui; Quę ſanè uel nullam omnino uel modicam, ſeu paream dũtaxat in quietis humoribus admittit euacuationem, quoniam in inquietis, qui nimirũ rari ſunt, alia quidem habenda eſt ratio. Iure igitur longè meliori nunc de coctione uerba faciemus. Et quoniã ſupra contra Examinatorẽ & eius conſortes demonſtrauimus, eam non eſſe quid vniuocũ, ſed æquiuocũ potius quoddam, ex quo ſi nomen idẽ, ratio tamen ſeu diffinitio non eadem, Hoc nõ repetam, tamquàm iam probatũ, quũ reuera alia quæ ad naturam pro nutritione pertinet, tam in ſanitate, quàm in morbo

Reliquũ ſpeculationis pro uniuerſali in fine faciẽda euacuatione.

in morbo eſt ratio, & alia quæ ad curationẽ artificialem attinet;

De coctione nõ uulgaris inquiſitio.

Et enim quæad alimoniam pertinet, eſt qualitas facultate ſolius naturæ adepta in re coquibili, ut ſtatim in ſubſtantiam aliti conuerti poſſit; Cuius duæ ſunt ſpecies in animalibus, elixatio, & aſſatio, & earũ oppoſitę, quæ ad Philoſophum pertinent, ut eſt uidere in quarto de mixtis ab Ariſtotele, ex quo iſta ſunt Philoſophi naturalis opificia, ideo ipſius dũtaxat ſtudiũ eſſe debet; Ad eum namq; attinet de uiuente, ut de propriis ſubiectis contemplari, & de eius paſſionibus, atque propriis actionibus, cuiusmodi eſt uiuere & nutriri. Quapropter conſiderare de longa aut breui uita, de inſpiratione & reſpiratione, de ſanitate & morbo, & aliis paſſionibus, ad Philoſophũ naturalem ſpectat; de quibus ſi medicus loquitur, ut peregrinus agit, alio utens idiomate, & ut ab aliis accepto, ut alphachi uel tibicina legẽ, pnuncians, more Auicenæ, ut pbatũ eſt in poſterioribus analyticis, quando Ariſtoteles ſub iis verbis dicit, Sciẽtia eſt unius generis ſubecti, partes & paſſiones conſiderans: Quod particularius .ii. de animalium partibus confirmat, inquiens, Conſiderare de ſanitate & morbo, & eorũ cauſis, non medici quidem munus eſt, ſed Philoſophi: In qua ſanè re (ni fallor) Auicena non rectè quidem ſeu non Ariſtotelicè philoſophatus eſt, ſui diuini mihi parcant manes. Non ſunt ergo phyſicæ coctiones, de quibus ut de propria facultate medicus loqui habeat, niſi proprios tranſire uelit limites, quod permiſſũ non eſt: Eapropter interogatus Plato ab architectis, in quo nam Apollinis templi loco, Mineruę ſtatua cõgruè locari poſſet, Ferunt dixiſſe, Ite ad Euclidem, ut ad propriũ artificẽ: Sunt igitur huiusmodi coctiones phyſicę ſupra nos. Et ſic dicamus cũ Socrate, Quę ſupra nos ſunt, ad nos non ſunt. Si ergo coctio phyſica alterius ſit artificis, alterius rationis, aliasq; ſub ſe diuerſas habeat ſpecies, merito ego contra Examinatorem & Galeni ſectam, ytramq; coctionem inter ſe non uniuocam habere connexionem dixi. Quam amicus quidam noſter intellige re ſe non poſſe fatetur, aliis meis omnibus aſſentiens, quod difficile eſt, hoc non admittendo: Hanc igitur ut á nobis alienam dimittamus coctionem, & ad propriam migremus, Quę eſt qua-

Coctio Medica quænam.

litas in re per artem coquibili, per quam mala qualitate, maloq; ſubſtantiæ modo remoto, poſſit humor coctus non in ſubſtantiam tranſire, ſed extra corpus leniter exire, una aut pluribus expulſionibus. Et hęc nimirũ illa eſt coctio, quę ad nos pertinet,

quam

quam nos intendere habemus; cuius tres, ſiue quatuor ſunt modi, ſed dicamus pro nunc ſpecies tres manifeſtas & unam latentē exiſtere, ſicut accidit in odorū ſpeciebus: Hac autem habita in humore coquibili coctione, ſtatim integra fieri poteſt euacuatio, ideo huius generis coctio uera eſt, & non ad ulteriorem aliam coctionem pręparatio, quicquid dicat Examinator, Niſi unā cū alia miſcere uelit, quod non fecere Ariſtoteles, Hippocrates, Auicena, nęc Galenus in hoc ſaltem. Conueniunt autem tres hi coctionis modi inter ſe, in hac potiſſimum diffinitione, quòd ſi crudū mala participauerit qualitate, maloq; incongruo ſubſtantiæ modo conſtabit, eam oportet cū contrario qualitatem alterare, vt membra in ſtatum ſuum naturalē redire poſſint, ut dicebat Galenus; Nam ſi huiusmodi coctio in humore & corpore putredinem ceſſare fecerit, noxii tamen humoris ſubſtantiam relinquit, idcirco hac inducta qualitate, rurſus inſtare oportet, ut ſi natura eum non expellit, ars inſurgit, quò expellat. Verum ſi omnes hi modi ſic inter ſe conueniunt, in aliquo tamen accidēte differre poſſunt; Qui enim nimis craſſi, & qui nimis uiſcidi, ac lenti exiſtunt, in hoc conueniunt, quòd præter hoc, quòd malam qualitatem in membrorū temperatura inducunt, quam omnino alterare oportet, vias impactas & obſtructas reddunt, & ſic morbū in cōpoſitione moliuntur; vt non ſatis deinde ſit, mēbrorū temperaturas alterare, ſed mox aperire, & abſtergere, ac canales peruios reddere neceſſum ſit, quod cruditas per nimis tenue efficere valet. Quam cruditatem malē Examinator cum Galeno introſpicere potuit: Hic enim cruditatis modus, ſi qualitatem præter naturam inducit, in compoſitione ſaltem morbum non gignit; Neq; ob eiusmodi uiarum præparationem humor nimis tenuis expelli poteſt, ſed opus eſt ipſum craſſius reddere, & ipſum adequare, ut de corpore temperato nos dicimus; quòd non ſatis eſt ipſum eſſe ęquale in ſimplicibus, ſed in organicis etiā æquale eſſe opus eſt, ad hoc quòd ipſum temperatū ſit; Ita quoq; humor ut temperatū habeat eſſendi modū, & quòd attrahi & expelli atq; per canales currere queat, oportet ut temperatū habeat eſſendi modū, ut in problematicis quęſtionibus dixit Ariſtoteles, ut in principali dixi libro; in quo declaraui, Quòd vbi humor nimis tenuis ſit, uiarū præparatio ac amplitudo in his ſi non nocet, nil attamen prodeſt. Ex quo quanto meatuum ac canaliū parietes diſtantiores ſunt, tanto minus inuicem cohire

poſſunt, ac expulſionem adiuuare, & ſic manifeſtè apparet, quòd Examinator cum Galeno hallucinatus eſt, ſi Galenus ſic dicere uoluit, quamuis frequenter ſibi ipſi cõtradicat, Et nõ tãtũ diuerſis in libris, ſed in eodem ut concedit Examinator; Qua de cauſa expoſitores qui nos proximè præceſſere, & ſi ante eos Galenum & Auicenam exponendos habuiſſent, fecerunt tamen ut Alexander Aphrodiſeus, qui quũ Platonem & Ariſtotelem exponendos coram ſe habuiſſet, diſcipulũ exponendũ potius elegit, hac uſus ratione, quia magis à ſui met contradictione ſeparatus fuerit. Itaquoq; maiores noſtri Auicenam magis elegerunt, quũ maximè ab Aueroe Auicenæ doctrinam longo interſtitio illam quæ Galeni antecedere legerint. Quos ego pariter imitatus ſum, Auicenę ſemitas perpetuò inſequẽdo, Galenũ tamen medicam hanc facultatem plurimũ locupletãtem non negligendo, in iis quę probè dixit pluribus laudibus comendando. Abſit tamẽ, quòd in iis duobus de maioribus auxiliis, ſcilicet De venę ſectione, & De parca euacuatione in morborũ principiis non facienda, materiam non crudam diſſimulando, & callidè nimis Hippocratis literam corumpendo, ei unquam aſſentiri yoluerim: Porrò hoc nimis graue fuit peccatũ, nedũ quia ipſe peccauerit (homini quũ familiare nimiũ ſit peccatũ) Sed quia peccandi aliis tãtam ac tam largam præbuerit occaſionem. Quæ maximũ herclè huiuſcę ætatis flagellũ & dici, & ſcribi poteſt: Ad noſtrũ modo redeuntes, ſatis rationabiliter (ni fallor) concluſimus, coctionem medicam, per quam in morbi fine medicus vt eius ſcopum morbum expellere intendit, illam eſſe, per quam mala qualitas in coquibili obiecto alteratione remouetur, & malus ſubſtantiæ modus tollitur, ſecus noxius humor languoré faciens, remoueri non poſſet; fieri autem hoc nequit, niſi quod nimis craſſũ adequetur, vt temperatam habeat eſſentiam, vt per meatus attrahi, expelliuè poſſit: Similiter ſi nimis tenuis forteſſis fuerit, deficiet non minus ab hoc fine, niſi hac coctione medica: Etenim natura quo poteſt, extrema fugit, & ad mediocrem ſtatũ ſe reducit, ac in eo melius ſaluatur: Item ipſa non admittit in totius vniuerſi entibus, quòd ſi in vno genere datur vnũ contrariũ, quin & eius oppoſitũ detur, proinde ſi datur humor nimis craſſus p proprias ſibi cauſas inductus, non tollerat, quin etiam detur ſimiliter humor nimis tenuis per proportionales ſibi oppoſitas cauſas genitus, In quibus certè dantur extrema & medium, videlicet ſi à

medico

medio labi contingat per craſſum, ſit latitudo A. B. C. D. E. ſit C. mediũ, & contingat labi ad D. quũ non ſit ire in infinitũ, ex quo natura cunctis in rebus finem auet, ſicut & contra infinitũ abhoret. Vbi ergo humor craſſius uel tenuius ultra C. eſt deuenire primũ ad D. & erit uerbi gratia crudũ cruditate ſecundùm quid, quòd ſi vltra peruenerit ad E. extremum erit adeo crudum, vt ſimpliciter crudũ dici debeat, de quo nulla prorſus pars educi poteſt, quod de crudo ſecundùm quid vocato non crudo, ſic arbitrari non poteſt; nam aliquas habens partes coctas, ſecundùm aliquas euacuari poteſt, quod deinde quo ad alias coquendũ eſt, quo ad per coctionem deueneri it ad C. & tunc ſecundũ totũ euacuari poterit, ſiue modo crudũ fuerit per craſſũ, ſiue per tenue, eadem vtrobiq; eſt ratio. Hoc nemo qui frugi vir ſit, negare unquam poterit, Et ſi ore negabit, numquam corde id faciet. Addamus & ylterius, ut ad amuſſim naturæ inceſſum magis inſpiciamus, in utroq; cruditatis genere dicto, ſcilicet per craſſum, & per tenue, & in aliis omnibus generibus quæ dari poſſunt intelligendo, videlicet quòd ſi datur ita crudum per frigidũ, datur & ꝓportionale per calidũ, uerbi gratia ſi datur nimis crudũ craſſũ per calidũ, datur quoq; per frigidũ, & idem eſt iudiciũ in crudo tenui, quòd ſcilicet datur crudũ per nimis tenue, & in calido, & in frigido; hæc autem per inductionem, & per exempla ſignata oſtendemus. Atq; hic obiter aliqua ab antiquis non examinata digito oſtendere tatus ſum, quibus deſtinatos tractatus facere decreueram, & non ad faſtũ, aut gloriam, ſed ad publicam mortaliũ ytilitatem; Verum quod aſſequi ſperabam, non potui, tam parũ mihi ſecunda ſemper fuit fortuna, quæ mihi nouos continuè aduerſos ictus ac bella parauit. At animi tranquilitatem plurimam ue quietem ſtudia ſemper exoptant, quæ in bello dicebat Plato nõ exiſtunt: Conſtat autẽ, ut ad rem ueniamus, quòd datur in frigidis crudũ per nimis tenue in fluxione (ut aiunt) catarho aqueo, qui nec curari, nec euacuari poteſt, quin prius aggregetur, craſſetur uẽ; datur ſimiliter pituitoſa febris, quę nõ prius curari, nec euacuari, quin antea craſſetur; ſimiliter huiusmodi crudũ per nimis tenue datur per calidũ, ut in bilioſis inflamatis uè febribus, ipſis humoribus in vapores ac fumos conuerſis, qui in carne commixti ita feruent, ut nec pharmacũ ab ea quicquàm attrahere queat, ſed ut dicit Hippocrates, potius attrahitur, quàm attrahat, ſuoq; conſilio ad .xiiii. usq; diem

craſtinandũ eſſe, ante quàm ſolutiuũ exhibeatur, cũ ſolis Cly-
ſteribus, ac lacte aſinæ crudo, uel cocto pertranſeundo, aut mo-
re Galeni cũ ſero, aut aqua hordei ſecundùm Auicenam, aut
decocto de fructibus, ſeminibus frigidis, mucilaginibus, cũ Syru-
po violato, acetoſo, & huiusmodi frigidis craſſantibus; Euenit
namq; feruentibus humoribus in vapores ac in fumũ conuerſis,
id quod ſolidioribus per ignem in elambico diſſolutis, quũ ipſi
ſuperiora petunt, & frigidũ attingunt plumbũ, ab illius frigidi-
tate conuerſis in aquam mutantur, qui deinde craſſati inferiora
petunt; itaq; humores illi calidi in fumũ conuerſi, per corporis
cauernas & membrorum poros uolitantes, per alterantia frigida
craſſantur, atq; vbi prius ab excretionũ ſedibus auertebantur,
mox contra craſſati ad eas ſponte cõuertuntur; Sic quòd illa quę
prius leuis materia aſcendens fuerat, deinde craſſata, & grauis
facta, expulſioni pronior efficitur, quam Auicena cap. de paralyſi
grauitatis expulſionem appellat. Iunctis ergo expultricis mate-
riæ grauitatis ratione, & pharmaci attrahentibus facultatibus,
paſſo uim conferrente, quę prius aſpera impoſſibilis ue fuerat
euacuatio, poſt lenis, facilis vè efficitur, ac certò quo nam pa-
cto ſimul coctio & expulſio annectuntur, Quod p potũ copioſũ
aquę veri frigoris aſſequi ſolet. Quę ſanè res medius fidius mih
etiã contigit, p pharmacũ actu & potentia frigidũ à me aſſumptũ
de quo infra dicemus, quod multa quidem cũ tranquilitate mi-
hi ſubduxit: Dicamus ergo naturę rebus cõſonè in utrisq; cõtra-
rietatibus, ſcilicet tenuium & craſſorũ, quũ ſit vnũ alio tenuius, tã
in calidis quàm in frigidis, & quũ non ſit ire in infinitũ, oporte
tandem ad extremũ eorũ deuenire, quo plus eſſe non poſſit, ne
educi poſſit, niſi adequentur, & hoc tam in calido, quàm in fri-
gido. Et quia ea extrema licet ex parte naturę vniuerſalis ſic in-
tendentis exiſtant (licet rara ſint) contra que infra extrema ſunt
ea ut plurimũ reperiuntur; Modo quę in tenuibus frigidis exi-
ſtunt, per ſignata exmpla ea vidimus, puta per catarrhũ ſubtilem
aqueũ, & per febrem à tenui pituita pendentem, quę curar
haud poſſunt, niſi prius craſſentur; Similiter in calidis, ut in bi-
lioſis inflamatis uè febribus, arbitrandũ. Supereſt idem docere
in craſſis, tam in frigidis, quàm in calidis, & primo in frigidis ſic-
cis, ex quo Galenũ uidemus in libro de atra bile, & in libro me-
dicamentorũ ſecundùm loca, ubi dicit, ſe longa experientia ui-
diſſe à principio euacuãdo, & ſtrenuè cõtra ſopnyſtas, & plurimũ

iuuaſſe

iuuaſſe. Item uidimus Auicenam quarti prima à principio in pituitoſo humore euacuationē concedentem. Quos libenter interrogaſſem, an morbi ab atra bili, et qui à pituita pendebāt, an in quam horū materiæ coctæ eſſent? vel crudę? Si crudæ, quomodo illi erāt ſophiſtæ, dicētes cruda euacuari nō debere, ſi ſolida ratione mouebātur, et ſi crudæ, quomodo cruda in prīcipio euacuari poſſūt? ſic nāq; ineuacuabile euacuaretur. quod īplicat. Quod equidē cōtra Galenū ualidū mihi videtur argumētū ad eā probādam naturā mediā. Et ita Galenus aperte ſenſui, Rationi, & Hippocrati obuiaret, Neq; quomodo defendi poſſit uideo: Proinde nō audiendus contra eius Magiſtrū, quū neget dari non crudū, & nos niſi in eū eſſet reuerētia, diceremus quod mēdax eſt. Et quod ille melancholicus craſſus humor, quē ipſe à principio ita ſtrenuè euacuauit, Et ille pituitoſus, quem à principio Auicena euacuari cōsētit, hi ambo erāt non crudi, Et ſi crudi erant, in D. & non in E. euacuatio concedi poterat, nā in .D. non ſunt crudi ſimpliciter, & ſic euacuabiles ſaltē sūt ſecūdùm partes ſecundùm Hippocratē, quod nūquam cōcederet ſi crudi eſſēt ſecundùm .E. niſi prius attenuarentur. Ad noſtrū modo redeuntes, ſi dantur humores nimis craſſi per frigidū ſiccū, Et nimis craſſi per frigidū humidū, velis nolis uè, dabitur & nimis craſſum per calidum ſiccū, quod expelli nō poteſt niſi attenuetur, ac emoliatur, vt in excrementis nimiū exiccatis, ut lapideatis fecibus: Similiter dabitur nimis craſſum calidum & humidum, ſicut de ſeminali excremento eſt videre, quod Ariſtoteles. v. de animaliū generatione, excremētū vtile uocat: de quo ipſe in libro de Hiſtoria animaliū inquit, q aliquādo ad tātā deuenit craſſitiē, ut ob nimiā concretionē, neq; in aqua (quod mirabile dictu) diſſolui poſſit. Ex qua ſanè craſſitie, quū per penē eiaculari nō poſſit, multa deinde cū copia aggregatū, præter hoc quod naturaliſſimū finē impediat, pluribus etiā nocet modis, ſic nāq; huiuſmodi pręter morē & naturę intentionē retenta materia, in prauā quidē conditionē ac miſcellan cōuertitur, quę tāto deterior efficitur, quānto ipſa nobilior fuerat. Et eius tantū malitia intēdi poteſt, ut cordi, & cerebro noceat, quinimmo in ueneni naturā frequenter dillabitur. Nocet quin etiā vrinam prohibendo coartatoria (vt aiunt) oppilatione uaſis ipſis ſeminalibus ueſicæ collū comprimētibus, unde ipſi lotio trāſitū cōprimunt ac impediūt, quēadmodū ob hemorrhoidarū uiciniratē turgētiū, in earū paſſionibus conſimile ſimpthoma accidere

Hoc utiq; in uiraginibus mulieribus, quæ retento ſemine ad mōſtruoſa ac uerenda ducuntur ſimpthomata, q ab aquis liberarum potius infirmantur, quàm curentur, facile eſt uidere

aſſolet. Miror autem non parum, cur antiquiores noſtri hoc non uiderint, ſi non ex re ipſa in ſe, ob hanc ad minus de hemorrhoidibus ſimilitudinẽ, in ueritatẽ ipsã nõ deuenerint, Et quòd tantũ ab ea elongati fuerint, unde in graues errores cũ ęgrotantiũ pernicie diuerterint. Eorũ enim aliqui, pro cauſa dicti affectus retentionis uriną, ueſicę lapidem aſſignarũt, alii caruncula in meatu obortã naturalibus plicaturis ſeu inflexionibus ob laborantis conatũ tumefactis, & ſupra modũ craſſatis, ad quas quũ ſiringa perueniret, obuiantes ei tranſitũ impedientes, artificẽ decipiebãt, qui ſi uiolentia pertranſire uoluiſſent, ęgros interficiebant, ut in Ludouico Colũbo contigit, cui ab opere poſt horã ſuperueniens, morientẽ adinueni. Alii pituitoſos humores arbitrantes, calidis balneis, oleis, emplaſtris, gummi albotim, eleyſir uitę, in perditionem calefacere ſtudebãt, ubi ſecus nos dictã hãc cauſam, & antecedentes, ad procatharticas usq; cognoſcentes, quinimmo materias coto carminato ſimiles exire uidentes, pro quarũ exitu illico multa urinę copia exibat; Prętera nullũ per auxilia calida iuuamentum inſpicientes, eo ſiquidem caſu, in temperatura calida ſanguinea, iuuenilli ætate, quinimmo poſt ſeminis profluuiũ uio lenter retentũ, quo nil certius hac in re adduci potuiſſet, probè (ni fallor) iudicauimus, ſeminalẽ huiuſmodi materiã p cauſa exiſtere, quæ planè calido craſſatur ueluti oui albumen, cuius plurimum congeſtum, & diu intra corpus multi caloris retentum coaleſcit atq; duteſcit, ut ei mox difficilis paretur exitus. Verũ quia ut diximus, quæ calido craſſantur, frigido attenuantur, ac liqueſcunt, & è contra, Nos (& conſultò quidem) ad cucurbitæ aquã, bathecę, nenupharis, uiolarũ, et eorũ syrupos, & ad balnea actu & potentia frigida deuenimus, quibus fœlicius res ſucceſſit: Quæſitũ autem hoc, quod ſic per tranſennam diximus, ſimul cũ multis aliis nouis & antiquis, ut ſcopulos á ueteribus relictos declarare propoſueramus, Sed ex antea iam dicta cauſa omiſimus. Satisquè ſit hoc in loco, loquẽtes de crudo craſſo per calidũ coquendo cum frigidis illud monſtraſſe diſcrimen, quo ad uitæ ipſius periculũ. Non minus quo ad ipſius ueritatis occultationem, ut potè quod quæ eſt phiſica coctio, nõ ſit quæ medica, licet ambę quandoq; aſſimilẽtur: Proinde in ſimilimis facilis eſt deceptio, dicebat Phedra: Verum & ſi quandoq; aſſimilantur, differunt tamen, quoniam quæ phiſica & facultate naturę ſolius efficitur, calido tantũ fit, et ut in ſubſtantiam aliti conuerſio efficiatur, quæ

vero medica

verò medica, modo calido modo frigido ſabrẽ fit. Item non ea fit, vt in ſubſtantiam alicui eiuſdem in quo fit, conuerti debeat, ſed vt ab eo expelli habeat, & potius in aliud indiuiduũ conuerti poſſit, quod nimirum male aſſuetis bona audire, miraculum videtur, Quòd aliquod ſit coctũ, quinimo pluſquàm coctũ, et idẽ crudũ ſit. Quũ de facto tamen hoc ita eſſe cernimus; Semen enim & alia quoq; excrementa prẽter modũ cocta, & à calore nimio exſiccata, vt inde expelli haud poſſint, cruda quidem ſunt, quia arte nec natura remoueri contingit, modo ſi coctio phiſica, & medica vniuoca eſſent, cõmitteretur error cõtra primũ principium, De quolibet dicitur alterum contrariorum, & de nullo eorũ ambo ſimul: Si ergo coctio & cruditas uniuoca eſſent, tunc duo contraria de eodẽ genere de eodẽ numero dicerentur, puta quod Socratis ſemen ne dum coctum, ſed plus quàm coctum, parte altera, ſi eſt crudum, & coctio & cruditas una atquè eadem ſit, ergo idem & in eodem genere erit coctum & crudum; quòd ſi diuerſorum eſſent generum, nil prorſus eſſet inconueniens, aliquod eſſe coctum in yno genere, & crudum eſſe in alio; at ſi cruditas illius met eſſet generis, cuius eſt coctio, tunc illud hercle ſequitur incoueniens adductum, ſcilicet contra primum principiũ: Soluant hoc aduerſatores, qui dicunt coctionem vniuocam eſſe, atquè nos doceant ſuam iſtam coctionem. Eſt adhuc eis unum aliud mirabile, quòd coctio ſeminis nimis craſſati per infrigidationem, fieri debeat id quod ipſi cum calidis facere vellẽt. Et eſt quia phiſicam coctionem cum medica cõmiſcent, & ſic omnia perturbant, vt non ſit facile eis, nec aliis deinde veritatem videre: Signum autem nos certificans, illud eſt, quod ſuperius diximus, videlicet inſpiciendo, quòd ea quę uni coctioni conferunt, alteri diſconueniut; modo uidemus quòd quę phiſica eſt, calido ſemper efficitur, quę verò medica, modo calido, modo frigido; certi tamen ſumus, quòd quę à natura & ab anima fit, ſemper calido fit, quia anima cuncta igne operatur, ut de anima ſecundo habetur. At dices, Quo nam igitur pacto, Natura propria facultate ſanitatẽ ſeruat, & morbos tollit, tam calidos, quàm frigidos? quod ſi patet de frigidis, quo nam modo calidos? Dico rem hanc longum quidem deſiderare ſermonem, neque hic locus hoc expoſtulat, me ad aliud reſeruans tempus. Pro nunc tamen dixerim, quòd natura morbum calidum ſola

Quo nam pacto natura ad omnes ſanandos morbos concurrere poſſit, ſitu nõ facile: Nã quũ anima quæ forma eſt operetur mediãte cõpoſito, non agit in quãtum ſubſtãtia, ac ut forma eſt, ſicut nec ignis

ignis agit in quantum ignis, ſed quantum calidus, ita anima operatur ut calorem habẽs, & ſi ſic, clarum eſt, quomodo frigidos curet morbos mediãte calore, at quomodo calidos calore remoueat, non æq; cõſtat, niſi calor uniuerſalis ſit ſicut cæli lumẽ.

dum ſola non curat, niſi ei valde dominetur, quę ſi fortis eſt, cauſam nocentẽ tollit, & bono cum regimine bonos ac temperatè coctos ſuccos applicat, qui ſi non contrariantur vt extremum extremo ea contrarietate, attamẽ aduerſantur, qua medium contrariatur extremis, & hoc dicere voluit Auicena quarta primi, quum dicit, Neque omnis ægritudo ſuo medicatur contrario, ſed multa ſufficit reginiminis bonitas; Et hæc ſunt quæ ex officina prodierũt noſtra, ignaris licet ingrata; quibus tamen fortuna ac popularis aura eis melius quàm nobis ariſit, nam ſic de more fortuna agere ſolet: Quapropter Galenus dicere ſolebat de vulgo quod fortuna regit, ſemper odio vulgus habui, quia peritum ab imperito non diſcernit; At nos fuimus ſola ueritatis fœlicitate cõtenti, illius diuini philoſophi ſermonis in cõmentario de Bona fortuna memores, loquentis, Vbi plurimum de fortuna, ibi parum de intellectu: Et de hoc ſatis. Sileat autem doctor hic penultimus, coctionem & cruditatem diffinire uolens, per gratum & ingratum, per aſperum & molle, per acre & obtuſum, profectò iſta hic adducenda non erant. At hoc in loco pro pertinentibus ac eſſentialibus alia ſcribenda erant, ex quo contrariorum una atquè eadem eſt diſciplina; etenim ſi cruditati medicæ eſſentiale eſt noxiorum crudorum expulſionem prohibere, contra coctioni, quę ad eam pertinet, eſſentiale eſt eos reddere obſequentes, & expulſioni paratos, per quam nos ad amatum deſideratumquè finem facilè peruenimus: item coctio quę medica eſt, quũ aliud á phiſica per ſe ſit genus, alias quoquè ſibi nimirum proprias habet ſpeties ab eis diſtinctas, quas coctio phiſica habet, atq; illas ſpeciatim cognoſcere tenemur, ut eas quoq; ſpeciatim ab illis eligere nos ſciamus, & cruditates ſibi oppoſitas repellere, Quas Hippocrates, & Galenus, ac Auicena ut coctiones medicas admiſerũt: Amplius quũ cruditas ipſa ſumi poteſt ut quid indiuiſibile omnibus morborũ principiis, ſe ſe in omnibus offerẽs ſubiectis, uel potius, & melius, (ut rati ſumus nos) q; diuiſibilis ſit, ex quibus nimirũ ſequi poteſt, humorẽ vnũ alio crudiorẽ exiſtere poſſe, ut potè quòd vnus ſimpliciter crudus ſit, omnes crudas eius partes habens, Alius uerò infra hunc ſcilicet crudũ ſecundùm quid dictũ, ſiue non crudũ, Hæc herclè ut neceſſaria magis examinanda erãt, Quæ quũ ab eo & á Galeni claſſe miſſa ſint, nil mirum ſi in vanitates, quinimmo in aranearum telas icidere.

Videat

Videat mundus ad quod diſcrimen genus humanũ perductũ eſt. Et hoc de primo huius doctoris ſuppoſito. Aliud uerò eius ſuppoſitũ in ordine ſecundũ, eſt circa furioſitatem, quam quũ aliter deſcribat, quã Galenus, suiq; quũ errores manifeſtè pateant, In hoc immorari non intendo. Poſtremum ſimiliter eius ſuppoſitũ eſt circa morborũ principia, quod pariter nullius prorſus uaſoris mihi uisũ fuit, quũ p remotiora, & diuerſa, ab his quę ſcripſerunt authores, ea deſcribat; In primis per hoc, quòd principiũ eſt, quod ſignorũ furioſitatis particeps ac capax ſit, & quòd id tale principiũ exiſtat. Item quòd id tempus non cruditatis, nec etiam coctionis ſigna haberi poſint; Neq; etiã tũc qualis nam ſit materia cognoſci poteſt, an per euacuationẽ ducẽda ſit; Neq; tũc ſciri poteſt, in quã uiã humor ab ipſa natura deſtinetur. Qua in re nõ modicè quidẽ de homine obſtupui, quũ alicuius authoritatis uirũ per has ſcilicet iã dictas facultates ita deſcribẽtẽ, adhuc uiderim neminẽ. Porrò non ſecus eſt, ac ſi quis diceret, id eſſe principiũ, in quo ęgrotãs modo ſub frigore, modo ſub calore, ſiti, & huiuſmodi exiſtat: Prętera falsũ eſt, quod in huiuſmodi tẽpore ſciri nõ poſſit, qualis naturę ſit ipſa peccãs materia; Hoc enim eſt Galeno & Auicenę aduerſari, dicẽtibus, turpe quidẽ eſſe medico ſciẽti ſigna & cauſas à prima uel ſecũda die morbi, ipſum nõ cognoſcere; quũ maximè principiũ ne dũ quartã, ſed multos quãdoq; quaternarios Galeno authore attingere ualet; Quãto minus uerũ eſt, quòd coctionis uel cruditatis ſigna haberi nõ poſſint, quũ ſenſus ipſe, & authorũ uerba oppoſitũ dicãt: Quòd uerò inſuper addat, medicũ eo tẽpore in quẽ locũ natura humorẽ deſtinare uelit, certificari haud poſſe, hoc mihi rude tantũ uidetur, quantum contra ſibi hoc pręclarũ apparet; quũ huiuſmodi certitudo, pugnã, ac excretionẽ, uel uniuerſalẽ uel particularem inſequntur, quarũ neutra in principio reperibilis eſt. Quãobrẽ hoc in principio deſiderare, nodũ in ſcirpo quęrere exiſtit: Falſum quoq; eſt, quod dicit, ante euacuationẽ neceſſariã eſſe declinationis termini pręciſionẽ. Hoc (ni fallor) eſt omnẽ principii euacuationẽ interrimere. Quod nimirũ Hippocrati, Auicenę, & omnibus deniq; authoribus (ut infra oſtendetur) eſt aduerſari. Idcirco doctor hic, cũ eius ſocio Examinatore, idẽ ſumẽte, decipiũtur; Sed de iſto, cũ quo nũc uerba facimus, nõ admiror quod ab aliis diſcedat, quũ ipſe neminẽ inſequi, ſed purè à ſe ipſo ſponte loqui fateatur; Id quod melius fuiſſet cum Diuo Hyeronimo ſentire, dicente,

Malo

Malo ab aliis adiſcere, quàm mea mecũ turpiter digerere. Vanũ ergo & nullius prorſus rationis eſt in ſtatu, quũ forte uehemẽs pugna, & modo natura uincẽs, modo uicta uidetur, ut nõdũ certa ſit uictoria belli, nõdumq; ſecreta ſit materia morbi, ex eiuſmodi pugna termini certitudinẽ perquirere; Quãtò minus rationabile eſt, in principii tempore hoc facere, quod iure in fine faciendũ eſſet? Et ſi fini congruit, ergo principio diſconuenit, Ariſtoteliço frequenti modo ſic arguendo, videlicet, ſi hoc fini conuenit, ergo principio prorſus diſconuenit, quoniam principiũ & finis ſunt contraria, quod igitur uni conuenit, alteri diſconuenit: quo medio pluribus in locis ut efficaci utitur (ut alibi diximus & fortaſſis dicemus, ſi oportuerit) Et hoc potiſſimum attribuendum in morbis ad unicam criticã expulſionem reſeruantibus, quoniam in aliis hoc tollerabilius fuiſſet. Sed Doctor hic cũ ſocio Examinatore, dicant quæſo, quo nam pacto ipſi in furioſis humoribus, qui nullo prorſus ſeruato ordine, modo ſurſum, modo deorſum, modo intus mouentur, quos tamen ipſi enixè & tam firmo conſilio confeſtim euacuant, Quam inquam penes ſe tũc habent p huiuſmodi facienda euacuatione certitudinem? Quũ præſertim non humorũ partẽ, ut nos uolumus cũ leuiori pharmaco agere, & ipſi uniuerſam humorũ ſubſtantiam, & cũ ualde forti id facere ſtudeant. Quod ſi ſic, cur igitur Hippocrates, & qui ipſũ ſequũtur, in principio materię nõ crudę quietę cũ cõſolato pharmaco (licet forti) mitiori tamen, abſq; huius termini certitudine euacuare non poterunt? Profecto inuẽtũ hoc, quod tanti faciũt, quũ nullius prorſus ſit rationis, in letheũ flumen proiciendũ eſt: qui propterea decipiũtur, eo quòd id quod fini applicandũ, principio applicãt: Etenim quũ principii euacuatio naturę actiones antecedat, vanũ ac penè ſtolidũ tũc excogitare de termini actione, ac propenſione, quam nondum incohauit, nullamq; adhuc intendere valet; Sicut contra in fine, rationi magis reſpondet, quod in fine propinquiores comodiores uias tentare habet; quibus ſi ars per oppoſitam ducendo regionem auerteret, magna quidem naturę uiolentia induceretur; quòd principio nequaquam accidit, nulla adhuc deſiderata uia ac eius termino. Reliquum modo eſt, ut ad eius concluſiones iter uertamus, Quarũ Prima eſt, quòd cruda quatenus cruda, & ſimpliciter, nuquam in principio euacuanda ſunt, Niſi materia ſit furioſa, cuius primam partem à crudi diffinitione, ſecũdam

Vide ſoueam in quã cadunt uiri leues, quam ipſi fecerunt.

vero ab

yerò ab Hippocratis litera ſe accipere dicit: Verũ ut eius integrã mentem capere nos valeamus, ſingula eius probè diſcutiamus verba: Sed quid nam ſibi vult, per id quatenus cruda, & ſimpliciter? præſertim, quũ ipſum in conceptu rei titubare videatur. Quo nam enim pacto his vtatur terminis, medius fidius ignoro: Quod ſi intelligit, vt intelligere habet, ut uniuerſas cruditates conditiones refferant, quæ ſanè ipſi crudo in potiori ſignificato accepto conueniunt, probè quidem ipſe loqui uidetur; Quòd ſi ſic intelligit, Dico id verũ eſſe, quod & ab auſpicatu huius operis dixeram, eiusq; oppoſitum numquam dixi: Verũ ſi ſic dixerit, maius ſubſequitur diſcrimen, ex quo ab huiuſmodi ita ſimpliciter crudo, Hippocrates ſuam facere non poterit exceptiuam, quæ niſi à non crudo effici poteſt, & à nullo alio excogitari poteſt (vt ſupra vidimus) id quod repetere crimen eſſet: Hinc dixi doctorem hunc, uerba, non rei conceptum tenere; diximus etiã, & melius declarabimus infra, quòd crudũ ſimpliciter, furioſum fieri poſſe, nil aliud eſt, quàm ex albo immediate nigrũ fieri, quod impoſsibile: Perperam itaq; doctor hic omnia morborũ principia unius tantum eſſe cruditatis modi indiuiſibilis ſibi ſumit, vt vnũ altero crudius eſſe non poſſit, Et illa furioſa eſſe poſſe; Et ſi dũ de noſtris fundamentis ageremus, in hoc demonſtrationem, non attulimus, ei tamen (ni fallor) proxima eſt: Ad ea tamen quę diximus, remittimus: Secunda quoq; eius concluſio à nobis minus admittenda eſt, videlicet quòd in morbi principio numquam euacuandũ, niſi furioſa ſit materia; Quòd ſi furioſa non eſt, abſtinendũ omnino inquit, quia digeſtionis ſigna haberi non poſſunt, minusq; ſciri tũc poteſt, in quem terminũ natura humorem deſtinet: Hæc planè concluſio, vt falſa, & Hippocrati, & Auicenę, & ueritati contraria, delenda eſt. Quod ſi dicat hos tã graues authores euacuationẽ à principio iubentes, intelligere de furioſis, quã falſum hoc ſit, ſuperius monſtrauimus: Amplius interrogandus eſſet, quur ita impensè furioſa in principio euacuat? Profecto non reſpondebit, Niſi propter mortis diſcrimen fugiendũ. Et tũc dicat, quid eũ in materia multa, & mala, putrente, & quieta, nos tutos reddat? Quòd ſi ſic, quòd ſecuri non ſimus, quur ſic dicta exiſtente, plena timore materia, Hippocrati non licebit pro vitę tutella, eius parcam ſaltem euacuationẽ pręcipere? Ne ęgrũ ad mortẽ vel ſaltem ob eius copiam, ad membrorũ debilitatem, aut ad morbi prolixitatem perducat. Nihilq; homini odioſius,

quàm

Nũquid tutius ſit in augmento euacuare quàm in principio.

quàm languoris prolixitas, quę languentes frequenter ad mortis deſideriũ compellit. Modo ad poſtremam demq; eius ueniamus concluſionẽ, quę dicit, quòd in augmento ſecurius euacuare poſſumus quàm in principio, eo quod tũc melius, & furioſitatis, & coctionis, & loci determinationis, tũc haberi poſſunt: Huic dico, hãc ſanè reliquis ab Hippocrate, & aliis authoribus, & à ueritate magis diſſonare, Attamen quia iſta ab Examinatore eius cõſortio ualidè impugnata fuit, ob id volens me ad eũ remitto: Hoc tamen nõ relinquens, quod ab Hippocrate diſſonare nimiũ dixerim, Quod ea de cauſa id faſſus ſum, quoniam ipſe de quatuor morbi temporibus exiſtentibus, de duobus tantum loquitur, ſcilicet de principio & ſtatu, nullũq; de euacuatione agenda in augmenti tempore uerbũ facit: Si ergo tempori ſtatus euacuationẽ interdicit, & de augmento non loquatur, & ſoli principio eam concedat, quo nã pacto doctor hic, ſine ratione, ab Hippocrate tam alto lato iuditio, & ab aliis grauiſſimis authoribus confirmato, eo poſtpoſito ſuũ magis quàm illius & aliorũ illuſtriũ ſenſum eligit? Nẽpe huius hominis in propriis uiribus magna quidem eſſet confidentia: Demũ ipſe qui de Galeni aſſeclis eſt, non ne illũ audiuit, magis laudantẽ principii euacuationẽ, quàm augmẽti? atq; eius dicti cauſam adduxit, quũ eligibilior ea quę principii, quàm quæ augmenti ſit euacuatio? Demũ ita dicendo, à ſuis conſortibus diſcedit, qui maiori cũ ratione loquũtur: Vana quidem eſt, & ab omnibus damnanda concluſio. Cui (ni fallor) eligibiliorem ac ueriorem oppono concluſionem, uidelicet, Vbi uel ob incuriam, uel impotentiam principii euacuatio probè conſulta prætermiſſa fuiſſet, dico quòd euacuatio in morbi periculoſi augmento omnino facienda eſt; Et hæc ſanè ex uiſceribus Hippocratis extracta eſt, quam tacitè ac coniuendo innuere uoluit, Duo enim extrema ponens contraria, mira quadam herclè breuitate, atq; aphoriſtica phraſi nos docuit, quid nam in hoc medio tempore congruè agendũ ſit: Profecto ſi in ſtatu euacuare non bonũ ſit, ergo uicinũ ei tempus de eiusmodi prauitate ſapit, Parte altera, ſi in principio euacuare bonum ſit, ergo hoc idem tempus mediũ non minus ei uicinũ, de huiuſmodi principii bonitate participat, ex quo mediũ utriuſq; extremi particeps eſt; quod ſanè perinde eſt, ac dicere, quòd in hoc tempore medio, bonũ herclè eſt ſecundũ quid euacuare, ſed non ita bonũ, ſicut in principio, melius tamen euacuare, quàm non, ubi in principio

euacuatũ

euacuatū nō ſit, ne quū natura in uigoris tempore in acri verſare-
tur pugna, ipſa ſic forte præ hoſtiū multitudine deficeret ac ſuc-
cumberet. Eſt tamen ſecundū quid malū ſic in medio tempore,
quia virtus túc debilior, & occupata, minus tamen malū eſt hoc
tempore id facere, quàm in ſtatu. Sed quod huiuſmodi euacua-
tio melior ſit in augmento quàm in principio, hoc prorſus repro-
batum, & à ſęculo auditum non eſt: Valeat modo huius pe-
nultimi doctoris authoritas quantum poteſt, quoniam ſapien-
tior lōgè eſt, quæ Hippocratis, cui cæteri ſapientiſſimi cōſenſere.

Quid ſtatu ſit agendum. Vbi in eo materia ſit furioſa.

Supereſt modo vt duobus caſibus per eum propoſitis ſatisfa-
ciamus, quorū primus eſt, quid nam in ſtatu agendū ubi in eo
materia fureret? Cui reſpondeo, his conformiter, quę olim in-
fine principalis opuſculi dixerā, videlicet quòd in omni quo vis
tempore, in quo materia fureret, pharmaco plurimū uirtuoſo edu-
cenda eſſet; ex quo nullis aliis blanditiis naturæ, nec artis of-
ficiis pareret; Sed hoc dumtaxat intelligendo, vbi natura pur-
gatoriū huiusmodi medicamentū actuare valeret, ſecus enim hu-
iusmodi actio vana eſſet, quandoquidem medicina non agit in
corpus, niſi ipſum in eam prius egerit (ſi Auicenæ credimus)
Modo vbi in vigore morbi ſæuientis ac furentis ob accidentium
magnitudinem ac eius laborē, virtus defeſſa foret, vel nimiū pu-
gnę intenta exiſteret, ut medicamento locū eſſe minimè exiſtima-
re poſſemus, dico quòd eo tūc caſu, ſatius quidem eſt ab huiuſ-
modi munere ſupersedere, quàm mortis alicuius authorem exi-
ſtere, attento quòd faciendę excretionis à natura idoneū tunc in-
ſtat tempus, nundūquè certi ſumus quo ipſa tendere uelit: Quæ
nimirū inquiſitio, ita huic tempori congrua eſt, ſicut principio
inopportuna prorſus exiſtit: Quū igitur eo in caſu medicamen-
tū purgatorium actuari non poſſit, melius ſanè conſiliū videtur,
ab ipſo pharmaco abſtinere, in quā ſententiā Hippocrates de fa-
cienda euacuatione in ſtatu incidiſſe uiſus eſt, qui eo in caſu non
ſeuerè, non imperiosè, ac aſſertiuè loquitur, ſed naturā plurimū
agitatā atq; occupatā inſpiciens, ne foris intusq; ſimul perturba-
retur, modeſta ac pia quadam ſummiſſa uoce, inquit, Silentiū ha-
bere melius eſt, & ſic ne dū naturalis, ac bene conſulta (ut ſic di-
cā) philoſophica prudentia, ſed dialecticus quinimmo uulgaris
ſermo ita docet, quòd de duobus malis, minus ſemper eligendū
eſt: Itē ars ipſa niſi poſſibilia requirit: Amplius huiuſmodi ſcien-
tia non de his eſt, quę ſit de impoſſibiliter alioquin ſe habenti-

bus. Et denique hoc planè quęsitũ de illis esse arbitror, de quibus Auicena primo canonis ait, quę medici iudicio relinquenda sunt, quod sanè iudiciũ super additũ quoddam est, & ut incõprehensibile est, quod nec dici nec scribi potest; in qua tamen utique re (vt uerũ fatear) aliquando ego ausus sum, & fœliciter successisse testor, vt in casu Adamantis hebręę vt in libro de venę sectione dixi. Quũ uero ulterius aliũ proponit casum, inquit, quod in pestilentibus triplex est materia, antecedens primũ, quæ in uenis esse solet, circa quam natura nundũ egit, proinde cruda est. Vltimo corrupta, quę uicio uentriculi & hepatis, naturę opus præter fugit, diciq; uerè possit, alteratiuę facultatis deliquiũ, Quid inquit medicus faciet? uel euacuabit? uel non? si non euacuabit, corruptũ intus manebit, si sic, crudũ agitabitur & non educetur. Respõdetur, sed in primis casus hic probè intelligendus est, quũ institutũ sit nostrũ loqui uelle de euacuatione, quę ut plurimũ per initia morbi artis facultate facienda est, modo hæ sponta neę alui deiectiones, prętер hoc, quod in principiis esse non debeant secundũ eorũ disciplinam, ex quo succos non crudos à principio non admittit, sed dũtaxat simpliciter crudos, quod est dicere, de cruditate, quę eos omnino immotos & ineuacuabiles reddit, nedũ à natura, sed etiam ab ipsa met arte; si uero hi succi corrupti ita fluentes non in morbi principio sint, sed in eius processu dũtaxat exuberant, ad quem concoctricis facultatis imbecillitas subsequitur, ideo corruptæ insurgunt excretiones; eo nimirũ casu, dico dubitationem hanc non de his esse, quę ad nos pertineant, quia tamen ipse in hoc multũ laborare videtur, vt ei dũtaxat morem geram, dico quod ex quo huiusmodi fæda & corrupta nutritionẽ impedire habent, nam quod à putrido, & corrupto tangitur, non aptũ deinde nutrire, sed potius lædere, ac naturę opus impedire, iuxta illud Hippocratis, Non pura corpora, quanto magis nutries, tanto magis lædes, dico inquam sic corrupta euacuanda, esse, ut viuens nutriri possit, ex quo tã diu viuimus, quàm diu nutrimur, nam durante vita nutritiuę virtutis actio perpetua quidem est, vt in libro de anima dicit Arist: verũ huiusmodi euacuatio non quo uis medicamento facienda est, sed dũtaxat his, quę spirituũ mineras conseruant, quę mundificandi, simulq; coquendi facultatem habeant, ita corruptũ secernetur, & crudũ coquetur, cruditate positiua, pro his quę non nutritioni seruire habent, sed pro expulsione à medico intenta, illis

In pestilentibus Nunquid euacuandum uel nõ.

maximè

maximé medicamẽtis, quibus olim dũ huic arti incũberẽ uti consueuerã, quę hic non adduco, ne mineruam inſtruere velle videar, et de hoc ſatis. Hactenus ergo (ni fallor) omnibus fermé cõtradicentibus ad plenũ ſatisfecimus, tam his qui in Hippocratis litera malè intellecta; quàm Galeni variè quidem ſententis, tam his qui in Auicenę verbis ſe ſe fundarũt: Reſtat modo illis etiam qui in omnibus collectim radices infixere, de quorũ numero eſt Examinator noſter, cui poſtquàm ſibi quoq; ſatiſfecero (vt ſpero) veritati prębonorandę hominũ ſalutis exoptandæ apud illos qui rationis, & iudicii compotes ſunt, iter planũ feciſſe arbitrabor: Rem autem aggrediens, Poſtquam doctor hic ſua quędã pręmiſit placita, à nobis ſuperius poſita, quę ab eo fuſius videri poſſunt, ad id poſtremo deuenit; quod quũ in huiuſmodi prouincia perducti fuerimus, de euacuatione in morbi principio facienda, atq; mox plurima contrariè indicantia nobis offerantur, vt nimirũ nos ei ſemper parti magis adhereamus, cui plures & ualidiores indicationes inclinant, de qua ſanè re nec pueri ambigunt; & ad hoc probè declarandũ, ad rem ſignatam ſe remittit ęgro ſcilicet imparato, in quo humores turgeãt, dicitq; nõ purgãdũ eſſe; ex quo corrolarię infert, in principio rariſſimè purgandũ, puta niſi quando humores turgent, quod rariſſimum eſt, teſte Hippocrate, at longè rarius, quod turgentibus humoribus, ea parata ſint corpora, atq; hoc ſibi plurimũ cõſonare videtur, ſicut contra mihi nimiũ diſſonare apparet; Admittenda tamen ſunt eorũ plurima, quæ precognoſcenda eſſe dicit, quæ tamen omnia Hippocrates aphoriſticè loquẽs, vno tantũ uerbo innuit, dicẽs. Si tibi uidebitur, ſcilicet quod ex cauſis & pręſentibus ſignis, tibi æquũ & poſſibile uideatur, ut portio aliqua in principio euacuari poſſit, & tunc euacuetur; rationi namq; reſpondet, ut tantus author nolit, minusq; pręcipiat non poſſibilia fieri, ideo ſumma cum prudentia dicit, Si tibi uidebitur, non ut exponit Galenus in mortem aut uitam, ſed in cruditatis potius naturam referrendo, ut alio diximus loco, cui me remitto. Vnum tamen non omittens, quod per eiuſmodi uerbum, Si tibi uidebitur, medicũ in ſuis agendis operibus attentũ reddere uidetur, ueluti & ipſe quoq; maximus fuit in naturę rebus cõtẽplator, quem (ut reor) Ariſoteles lõga poſt tẽpora imitatus eſt; quũ preſertim dixit magnã quippe à natura conexionẽ ineſſe rebus, quod ipſis in ſpetiebus monſtrauit, quũ eas ad inſtar numeri eſſe dixerit, quod ueluti per

experimentum nos docuit in libro de memoria & reminiſcentia, inquiens, ubi fortaſſis è memoria alicuius, aut intentio, aut idolum exciderit, quũ poſtea contigerit quod ſecũ aliud à natura ſibi cõiunctũ (etiã caſu) occurrerit, en quod confeſtim id iam deletum ſimulacrum, ob uicinitatem, ac rerũ conformitatem, cognatum amiſſum, ex illo in memoria renouatur: proinde Ariſtoteles eam reminiſcentię uim intellectui affinem exiſtere aſſeruit, quũ ipſa de una intentione ad aliam, ut intellectus ſe transferat, quã tamen in brutis exiſtere negauit, licet memoriam cum phantaſia habeant; quũ igitur pariter in rebus aliis cognatis aliquid cõformitatis magis ſit, quàm in diſtantibus nullam habẽtibus conexionem, ſeq; ordine quodam inuicem conſequantur, ſi medicus ſolers & contemplator fuerit, delicatæ nobiliſq; temperaturæ extiterit, quales medicos eſſe decet, diuinam fermè ſapientes naturam (loquor enim de ueris hominibus, non de brutis) is inquam elegans medicus, ſtatim ſecum omnes repetet cauſarum ſpecies, effectus, & ſigna, neceſſario morbum concomitantia; & omnia deniq; conſentanea mente intuebitur; qui quum laborantis habitum uiderit, eiusq; uiſcera tetigerit, ſuumq; regimen ac uiuendi modũ intellexerit, conſentaneos quoq; ſuis cauſis conformes humores, ac canalium, uiarumq; ſtatũ intelliget, an peruię, an impactæ uè fuerint præſumet, iudicabit vè; Nãm ſi extremũ in ocio, & crapula prẽnouerit, vnum iudicabit, ſi verò contra edoctus fuerit, contrariũ omnino concipiet: Nõ ab re igitur ſapientiſſimus Hippocrates prudentem alloquens medicũ dixit, Si tibi videbitur, innuere volens, quòd ſi non ſit crudus humor, ſicut plurimũ eſſe non ſolet, & quòd non ea ſit cruditas, quæ ſe ad omnes extendit partes, & ex conſequio viæ non ſunt adeò impactæ, vt humoris pars cocta exire non poſſit, in craſſis & lentis, in quibus ſi contra cruditas ſe ad omnes extendiſſet partes, nulla quidem prorſus ſperanda eſſet in principio euacuandi licentia, nec ex parte ſubſtantię humoris, nec ex parte viarum, & hic fermè huiuſcæ medicæ facultatis articulus exiſtit, ueluti de uirtute ſequeſtratiua dicit Aueroes, quod qui hac in arte non crederet, in fide, aut medica religione baptizandus non eſſet: Pariter & hic quoq; dicendũ eſt, quicunq; nanq; uir qui Hippocraticus eſſe uelit, aſſentiet, quod poſitis cauſis ducentibus ad cruditatẽ ſimpliciter, huiuſmodi obiectum eſt immobile, & nullo modo unquàm eſt euacuãdum, quouſq; in eo cruditatis gradu perſiſterit, eo quod

Articuli fidei medicæ.

ei cõiungitur

ei coniungitur per ſe imobilitas, tũ ratione ſui modi ſubſtantiæ, tũ viarũ ratione, in craſſo nanq; & lento verbi gratia nedũ eſt impedimentũ ex parte obiecti non ductilis, minusq; attrahibilis, ſed etiam ex parte viarũ impactarum & clauſarum, ſicut contra in nimis tenuibus; cognitis enim cauſis (vt ſuperius oſtendimus) cognoſcetur impedimentũ ex parte obiecti non ductilis, ob nimiam eius tenuitatẽ, & ex parte uiarũ, non quia nimis impactæ, & cõſtrictæ, ſed quia nimis amplę & dillatatæ ſupra exiguũ obiectũ, ãplitudo enim ad eius expulſionẽ non preſtat. Si vero cauſæ ſecus ſe habuerint, non inclinantes in extremũ craſſum, neq; in extremũ tenue, tamquàm in terminos raro ueniẽtes, vt mõſtruoſos, quos natura particularis euitat, ſed inclinãtes fuerint cauſæ ĩ crudum medium, conſtitutum ex partim coctis, & partim crudis, more Hippocratis, eo tũc caſu medicus ſolers has inſpectãs cauſas, ex eis cognoſcet obiectũ in principio, ſi non præparatũ quo ad omnes eius partes, erit ſaltem prę paratũ quo ad aliquas. Quare uiſa ab Hippocratico homine, quia non credibile, quòd à quo cũq; ſic videatur, qua propter modeſtè loquitur, inquiens, Si tibi videbirur: ubi cognoſcatur quòd ſit non crudũ, pariter uias non tales eſſe, quæ ſimpliciter crudis correſpõdere habent, cognoſcet, ſed non crudis, quæ ſi nõ fluxibiles omnino ſint, ut quãdoq; cõtingit, dieta aperiente, & clyſteriis quadã ſolicitudine utetur, vt canales aperiãtur ut dicebat Auicena, quo uirtus cũ medicamẽto impellere poſſit nõ totũ, ſed partem materię; Inteligendo quidem aquã, non grãdinem, neq; talẽ ac tantã fluxionẽ, ut parcę ac minorãtis euacuationis proficuũ munus omittatur, aut ad deterius, ac nocibilius tẽpus (ut dicebat penultimus doctor) differatur. Neq; ego hic Hippocratẽ expono, ipſius uerba extorquẽdo; Sed ipsũ per ipſum met interpręter, nefas enim (& grande quidem) reor ipsũ corrũpere, & poſtmodum ipſum peruerſẽ interprętari, ad quã hominũ cædes ſubſequũtur: Et hæ ſunt rationes, quas pro ſacris articulis habere debet medicus, cuius ſcientia, ſiue ars, uel ut honorabilius dicatur, ars ſcientifica, ſi non demonſtratiua eſt (coniecturalis quum ſit) ut diximus, non futiles tamen, ac non uulgares expoſtulat. Hęret enim ſemper diuina hæc ars quo plus poteſt naturę rebus. Neq; quod ei proportione non reſpondet facile admittit, hoc enim peculiare eſt omnibus recta ratione diſpoſitis: Quapropter in libro de philoſophię principiis dicebat Philoſophus, quòd ars imitatur naturam quantum poteſt.

Quęsitum non ignobile, An humor crudus ſimpliciter furere poſſit.

Idcirco hic obiter dicemus rectè á nobis expoſitorem cũ ſocio, ac tota eius claſſe damnatos fuiſſe, Dicentes crudũ ſimpliciter (qualecũq; ſit) furere poſſe, hoc enim non permittit natura, quòd id quod nec ab ea, nec ab arte moueri poteſt (immobile ſimpliciter quum ſit,) ut nullo modo ipſius motus capax ſit, neq; ipſa met coctione æquari poſſit, quę niſi ſumma cũ quiete agi poteſt, quòd huiuſmodi furere poſſit; Hoc vtiq; nedũ naturæ uires, ſed captũ humanũ uincit: Neq; á ſic dicentibus ego ũquàm ratione aliquá, quá penes ſe habuerint (licet diligens percõctator fuerim) intelligere potui. Qui tamen excuſandi, vel quia in mandatis ſic habẽt, non cũ ratione loqui, vel ſic de more loquuntur: Vtcunq; ſit, Ego quidẽ pro veritate ſine rubore ſemper loquor, quòd dicere crudũ furere, eſt perinde ac albũ ex nigro immediate fieri, quod ſi de rubeo, aut viridi dicatur, non æq; admiratione dignũ uidetur, Ex quo in habentibus mediũ, nullũ extremũ ſincerũ ex alio ſuo extremo ſincero per naturã haud fieri poteſt. Neq; immerito dixi, in habẽtibus mediũ, quia cõtraria immediata maxime priuatiua vnũ non ex alio fit, ſed ſibi inuicẽ ſuccedũt, & ambo ab vno alio efficiuntur: modo in caſu hoc noſtro inopinabile quidẽ eſt, quòd id quod ſumme mobile eſt, quòd ex crudo prorſus immobili, neq; aliqua via motus capaci efficiatur; nõ enim quodlibet ex quo uis fieri poteſt, ſed ex determinato conſtituitur: proinde apud uiros rationis cõpotes, non id dicendũ, crudũ ſimpliciter furere poſſe: Hoc quidem cõtradictionis implicationem facile adducit, quod Hippocratis officina fabrè fieri nũquàm crediderim, & ideo eius nõ corrũpendo litteram, in eo aphoriſmo in quo loquitur tantum de euacuabilibus, ſcilicet coctis, & nõ crudis, & de ſibi correſpõdentibus euacuationibus, uidelicet vniuerſalibus, & partialibus, nullũ prorſus faciens uerbũ de crudis inibi, ut illi loco impertinẽtibus, oriri non facit furioſa á crudis ſimpliciter, ſuorũ verborũ caſtitatẽ ſeruans, ſed dũtaxat à non crudo, de quo nõ crudo loquẽs, inquit, id nõ eſſe medẽdũ ſecũdũ totũ, ideſt vniuerſali euacuatione veluti coctũ, ſed mouendũ tantũ, ideſt ſecũdũ partẽ ſolummodo, niſi ipſum ſupple non crudũ furioſum extiterit: Vide quo nã pacto Hippocrates furioſum nõ à crudo naſci, ſed à nõ crudo oriri velit: Verũ tũc illud noſtrũ à nullo alio hactenus excitatũ (quod viderim) inſurgit admodũ rationabile dubiũ, quod ſuperius quaſi cõniuendo mõſtrauimus, videlicet, Ex quo Hippocrates & enixé quidẽ non vult, ut

Rationabile dubium de furioſo euacuato ſecũdum totum

eiuſmodi

eiuſmodi nõ crudũ in principio euacuetur niſi ſecundũ partẽ, minime ſecundũ totũ, inquiens, Neq; in principiis, ſupple id nõ crudũ euacuato ſecundũ omnes partes, quoniã illud ſit quietũ. Nempe ſi totius euacuatio concedẽda eſſet in aliquo tẽpore, in principiis potiſſimũ liceret; At Hippocrates in eo prohibet talẽ euacuationẽ ſecundũ totũ, niſi id non crudũ fuerit furioſum: modo cauſa cur quietũ nõ crudũ euacuari ſecundũ totũ non debeat, nulla alia eſt, niſi quia huiuſmodi non crudũ ex coctis & crudis conſtat; permiſſũ autẽ eſt tantũ coctas euacuare, vbi uero nõ ſecũdũ totũ euacuaretur, igitur euacuarẽtur tã coctę, quàm crudę partes, & ſic ineuacuabile euacuaretur, quod ſiplicat; Si modo huiusmodi nõ crudũ, ſed furioſum ſecundũ totũ euacuaretur, quũ ipſum cõſtet non minus ex coctis & crudis, ergo idẽ redit inconueniẽs, quòd euacuabitur & pars cocta, & pars cruda, & ſic euacuabile & ineuacuabile euacuabitur. Reſpõdetur, maiorũ ſemper ſalua reuerẽtia, quũ me lõgè melius dixerint, nẽpe ſemper publicũ bonũ inſpiciẽdo, meis propriis lubentiſſime renũciabo, aliorũ meliora monita ſuſcipiẽdo. Interea melioribus nõ uiſis, Dixerim ego, quòd in non crudo quieto, & in nõ crudo furioſo, licet utrũq; ex coctis & crudis cõſtet, alia tamẽ atq; alia cõſiſtit ratio. Porro in turgẽte ipſo non ſecus eſt, quàm cũ natura irritata uelut ab hoſte in ſe ipſa unita, & collecta fortius agit, quàm ãtea nõ unita ſed diſperſa; Ea propter ĩ moralibus inquit philoſophus, circũducti bonas quidẽ plagas faciũt, & ſic quę mouet uirtus ſupra mobile maiorẽ acquirit proportionẽ. Itẽ quę in turgẽte mouentur partes, alias quietas ducũt, & ita quę crudę, quę uẽ ex ſe quietæ, & immobiles erãt partes, non proprio quidẽ mouẽtur motu, ſed ad aliarũ motarũ partiũ motũ ipſę mouẽtur, quo quidẽ motu partes illę quæ ſunt in non crudo quieto, priuãtur actu, licet coctę ſint, & crudis anexę, neq; ſe neq; alias mouere poſſũt, & niſi aliquo extrinſeco mouerẽtur, & quòd coctę ſint, quia crudis anexę nõ mouerẽtur, in turgẽte uero motę partes, quietas crudas ducũt, nõ quia eis motũ prẽſtent (immobiles quũ ſint) neq; à ſe nec ab alio motũ ſuſcipiũt, ſed illarũ motus eſt ſicut vecti in uehẽte, vt marmorea columna prorſus immobilis in naui ducta mouetur (pprio quũ careat motu) & hæc omnia Hippocrati ſic prẽcipiẽti notiſſima fuiſſe, ratione, & experimẽtis credimus. Qui vero hac in re pertinax, nec eius rationi, minusq; ſuæ authoritati credere voluerit, meliorẽ quàm nos inueniat reſponſionẽ, quũ preſertim aduerſatores lõgè maius voluedũ opus habeãt ipſi, quàm nos, volũt enim ipſi cũ turgẽtia mouere totũ crudũ,

ab ipſo

ab ipſo.E.ad.C.nos vero uolumus cũ eodẽ inſtrumẽto mouere ab ipſo.D.ad.C.quod eſt nõ crudũ,tantũ partes habẽs coctas & crudas,illud enim nullã habet in motũ inclinationem;Hoc uero non crudũ,per eas quas in ſe coctas habet partes,per eas diſpoſitũ eſt, atq; in motũ aliquã certe inclinationẽ retinet,modo ad aliquam formã diſpoſitũ, duplũ cauſarũ habet. Porrò ſi crudũ ſimpliciter nullas habet partes coctas,nullã quidẽ in motũ inclinationẽ habere uidetur,& ex cõſequio nequaquàm turgere ualet. Qua ratione ſi sũmẽ crudũ turgere nequit,eadem quoq; ratione ſequitur quòd eius oppoſitũ puta ſummẽ coctũ, omnes habens partes coctas, neq; & id turgere ualeat,tãquàm à natura probẽ cuſtoditũ: Cõtrariorũ nãq; vnũ eſt ſubiectũ,atq; eadẽ eſt ratio ac diſciplina. Quamobrẽ quòd turgentiã pati poteſt,id ſolũ uerè eſt,quod coctioni,& cruditati expoſitũ exiſtit. Quibus ita ſtãtibus, Examinator arduũ præ manibus examinãdũ habet,ut id quod ne dũ in motũ nõ inclinat, ſed plurimã cũ eo reluctantiã habet,ut ipſum turgere poſſit nobis oſtẽdat; Quod(ut puto) nũquàm facere poterit,nã hoc(ut dixi)humanũ ſuperat captũ. Amplius & aliud difficile oſtẽdere habet,quòd corpus in quo turgentia excitatur,pro faciẽda furioſi humoris repentina euacuatione, imparatũ ſit,licet Galenus ſui erroris cauſa fuerit,quo Hippocrati,& naturę uniuerſi cõtradicat; Etenim ſi turget humor,ergo per corpus mouetur, & ſine ordine,& cũ uitæ diſcrimine;ſi uero nõ mouetur, quo nam pacto ipſum turgere ſcimus? eſſentialis enim paſſio à proprio eius ſubiecto ſeparari nequaquàm poteſt;ſi uero mouetur, & iã corpus iparatũ ſit,ergo dabitur corporũ penetratio,quod uniuerſi naturæ æq; ita abhorret, ac uacuũ dari. Porrò hoc Galeni uerbũ male ab eo prolatũ,& peius ab Examinatore cõtemplatũ eſt;& enim in illo corpore,in quo crudũ ſimpliciter,ſiue per craſſũ,ſiue per tenue,ſiue per calidũ,ſiue p frigidũ,illę equidẽ anticipãt cauſæ,quę motui reluctantiam faciũt ex parte obiecti & uiarũ, in quolibet genere ſua quidẽ ſeruata proportione, ex quo effectus ipſi ſuas proprias inſequũtur cauſas;ea propter quod crudũ eſt in sũmo, non ſuſceptiuũ eſt alicuius motus,nec ratione unius,nec ratione alterius;ſi uero in corpore alterius modi ſit crudum, quia cruditas non ſit ſimpliciter, ſed contracta,ſuę quidem cauſę non illam reliquerunt habitudinem ac inclinationem ad motum, nec ex parte obiecti, nec uiarum, Neq; adeo rebelles ſunt, ut turgentię quandoq; ſubici etiã non poſſint: Et ſicut illi crudo, contractæ tamen cruditatis, antea motio ac euacuatio particularis aliqua concedi poterat,

poterat ; mox ei ſuperueniente etiã turgentia, maior, quinimmo uniuerſalis admittitur, eo quo nuper diximus modo ; Ex quo apparet, quantum à uero longè abeſt loquentium ſermo, qui dicũt ſolam nimiam quantitatem, ſine illa praua qualitate turgentiam inſequi poſſe ; nempe quũ à Galeno ſic quidem expoſitum nõ fuerit, eo ab animalis ſemine capiente ſecum non conſonat: Minus quoq; Hippocratis dicto quadrare uidetur, quum ab huiuſmodi qualitate humorem ſtatim ſecundũ totum expelli uelit, hoc uero ſola nimia quantitate peccans; nequaquàm ſecundũ totũ purgari uelit, ergo hoc neq; Hippocratis neq; Galeni dogma eſt, quamobrem hoc pro inſomnio habendũ eſt: Nempe non ambigo ut qui ſanę fuerint mentis, & qui noſtra bono accipere uoluerint animo (in eis namq; ſolis ſpero) quod ueritati atq; hominum ſaluti, per nos apertam ſuiſſe uiam confitebuntur, quod mediſus fidius contentioſi nõ facient, ex quo potius eorũ opiniones quàm uniuerſam hominũ ſalutem tueri auent, proinde impoſſibiles, & inauditos proponunt caſus. Ad hæc aliũ Examinator proponit caſum prędictis ſanè nimiũ impertinentem, atq; in primis ſe ad illos conuertit, qui nullo modo in principio minorare uolunt, niſi materia turgeat, ad quam herclè ſectam ipſe met ualde propenſus eſt; inquit enim, Moueatur materia ad gutur, quæ furioſa non exiſtat, exploratum quin etiam ſit, uenæ ſectionem fieri non poſſe, propter illa omnia quę prohibere ualent, quæ breuitatis cauſa relinquũtur, Quid igitur ait, faciẽdũ eſt? Reſpõdet illud ſanè agendũ, quod Galenus ſexto de compoſitione medicamentorũ ſecundũ loca, ubi prędipit purgationem, ſi non purgationis ratione, adminus fluxionum cohibitionis cauſa; Atq; hic nos addimus, quod Hippocratem emulari uidetur, qui ſecundo de rat: uict: in acu: deſcendente dolore, purgationem adhibet, ſicut eius loco aſcendente, uenæ ſectionem prędipit, cui tamen Galenus dolore deſcendente, ac febre propter eius magnitudinẽ infeſtante, ſanguinis miſſionem addit: Verũ Examinator ſubiungit quaſi Hippocratem tueri uolens, Cur eo loci tantus noſter magiſter potius purgationem quàm phlobotomiam iuſſerit? cui ſanè rei occurrens, atq; huiusmodi inuicem comparans auxilia, inquit, purgatio & fluxis & fluxuris cõfert, ſed phlobotomia nil aliud prędare poteſt, quàm humorũ retractionem, minimè euacuationem, ubi maximè morbus ab alienis à ſanguine humoribus pẽdeat. In primis quid mirum uidetur, quoniam doctor hic duos ſic

Contra tergiuerſãtes, furioſitatem aſcribẽtes non qualitati ſed quantitati dumtaxat, à nemine cõceſſũ.

prorſus

prorſus contrarios adduxiſſet caſus, primũ de materia furente, imparato tamen exiſtente corpore, ſecundũ de materia non turgente, ſed ad gutur tendente, atq; timorem inducente; etenim licet hoc in ſecundo caſu de ſuffocatione minitetur, neq; in primo etiã caſu turgente nos ab eodem ſecuri ſimus, quod eiuſmodi calcare materia armata, & ad cor, & caput, & gutur reppere nõ poſſit, quod modo in primo caſu eam euacuare nolit, ſed in ſecũdo admittat, extra rationem omnino videtur: Dices, in primo poſita ea eſt conditio, quod corpus paratũ non ſit, quæ à nobis impugnata eſt: Demũ fluente materia ad gutur, quis nobis declarauit huiuſmodi corpus paratum eſſe, vel non? attento quòd ſolus ſuffocationis timor is eſt, qui purgationẽ neceſſitat, à qua ſuſpitione neq; iſte caſus liberatus eſt, attento quòd ſecundùm Examinatorẽ ac vniuerſam hanc Galeni claſſem, humor qui non fuerit coctus, eſt cruditate ſimpliciter crudus; Et ſic doctor hic furentem humorem euacuabilem non euacuaret, & crudũ ſimpliciter ineuacuabilẽ, euacuaret. Videte uiri clariſſimi quid nam ex falſis malè aſſumptis, conſequatur; quibus tamẽ tota adeo pertinaciter adheret claſſis. Verũ de eiuſmodi propoſito caſu interrogatus Hippocrates, ipſe nimirũ ſuis cũ fundamentis ueris & ſolidis reſponderet, huiuſmodi materiam ad gutur motam & adhuc moturam, non coctam quidem eſſe, ſed nec crudam ſimpliciter exiſtere, quæ quũ huiuſcę fuerit naturę, nil mirũ ſi ad gutur mota ac etiam motura ſit; quę ſi hercle ſponte mouetur, quanto magis arte cũ pharmaco hoc fieri poterit? Verum quũ Examinator Galenum ipſum inſequatur, dicatq; morborũ materias principiis aſſidentes crudas eſſe ſimpliciter, non uideo caſui poſſibilitatem, minusq; huiuſcæ difficultatis abſolutionem; quia tamen reſpõdere conatus eſt, audite lectores eius inuentũ, Dicit autem, quod materia exiſtente cruda, eam purgare non poſſumus in principio, ſcilicet purgationis via, ſed quod cohibitionis cauſa probè quidem poſſe aſſerit, quia neq; Hippocrates quando ſecũdo de ratione in acutis deſcendente dolore purgauit, id ipſe cohibitionis via effecit, atq; vt melius eius mentẽ declararet, cauſam aſſignauit, cur magis purgatione, quàm uenę ſectione vſus fuerit, inquiens, quòd purgatio plus confert quàm phlobotomia, ex quo ea fluxis & fluxuris pariter valet, phlobotomia vero ipſa nil aliud ei pręſtare poteſt, quàm humorũ retractionem, minimè euacuationem, ubi maximè morbus ab alienis humoribus pendeat. Hic in primis

Quam mõſtruoſa ſit Examinatoris opinio, & materia mota ad gutur, quum ſit cruda ſimpliciter, nec euacuari poßit uia purgationis, purgari tamen debeat propter timorẽ uia cohibitionis, & ſic putat de Hippocrate quum euacuat purgatione 2. reeg: acu: Et ſic ineuacuabile euacuaretur: Vnde implicat in re, & falsum dicit de Hippocrate.

bonum

bonum esset examinare ipsum met Examinatorē, à quo nam habuerit, quod purgatio cōmunior & plura magis iuuamenta comprehendat, quàm phlobotomia? quæ tamen authore Auicena phlobotomia cōmunis est humorū euacuatio: Item Galenus eo loci secundo de ractione victus in acutis, oppositū expresse dicit, inquiens, quòd pręsentibus indicantibus & pharmaci & phlobotomiæ, melius sit eligere sanguinis missionem, quàm purgationē, propter causas quas ibi adduxit, & quas ab eo videndas relinquo: Item Examinator cum secta illum interprætans locum secundo aphorismorum xxix, videlicet In principiis si quid videtur modum, dicit quòd non intelligendum cum purgatione, sed cum sanguinis missione, sed quia de his abunde aliàs dixi, Hic modū faciā, postquàm ab eo quęsiero, subtilissimus quū sit, cuius subtilitas (ni fallor) magis in impugnanda veritate, quàm in defendenda præstat; Quęratur inquam ab eo, cur si purgatio maiora facit iuuamenta sanguinis missione, ascendēte dolore Hippocrates loco phlobotomię pro vtiliori eam nō præceperit, sicut phlobotomiam: Adde, quū pleuritis morbus acutus sit, & ualidæ febri semper coniunctus, cur utrunq; non præcipit auxiliū, ut eo loci Galenus consulit, quod & nobis ita perpetuo curantibus fœlicissimè successit. Item quod consiliū est hoc? si humor à sanguine secretus sit, uenam seccare (mortale quū sit) Pręterea quid sensui respondebimus, quòd anno. 1554. mea cōiuge à consimili morbo correpta, ea suū annum .72. agente, imbecilis naturæ, melancholicæ temperaturę, sanguine & carne exuta, dolore ad spatulam ascendente, eā secunda morbi die, non cū phlobotomia, sed cū pharmaco purgauimus, quod summa cū tranquilitate subduxit, deinde subtili cū dieta, & coquentibus, & sputū facilitantibus (ut par est in huiusmodi morbis) usq; ad septimam sic procedentes, qua transacta, de phlobotomia memores, sanguinis & carnis priuatione, ætate & ægra reluctāte, eam dimisimus, atq; ad id fœlicissimū purgatorium medicamentū rursus deuenimus, à quo deinde post xiiii. diem saluata fuit: non negauerim tamen, materiam adeo diuersimodè disponi posse, vt aliquando magis phlobotomiam desideret, quàm pharmacū, aut quia sanguis sit, aut cū aliis sanguis tamen uicerit; & tūc quærenda est uenę sectio, deinde purgatio subsequenda; quòd si secus alii in uenis deliquerint, eo non peccante, parati tamen alii ad exitū fuerint, à purgatione quidem incipiendū, quū alii à sanguine peccantes fuerint,

Quæratur an uerum quòd purgatio plus conferat q; phlobotomia, quia hoc nec secundum Galenum, nec secundum Auicenam.

Quòd Examinator magis subtilis sit ac diligēs in īpugnāda ueritate, quàm ea defendenda.

Historia de cōiuge sene pleuritica.

& in hoc

& in hoc ſanè caſu, purgatio maiorem haberet dignitatem, quàm ipſa met phlobotomia: At dices, ſi materia in uenis ſit, nundū q; ab eis exierit, factura tamē anginam, aut aliū quē vis morbū, quid nam agendū circa ſanguinis miſſionem? Ad hoc Auicena reſpondet, quòd plus ſecurè conceditur phlobotomia antequàm in illos incideret morbos. Verùm quū in illos uenerit, ait, Non fiat phlobotomia penitus in principio; eo enim caſu ipſa adhibita euacuandū non euacuaret, minusq; auerteret, ut credit Examinator, quinimmo dicit Auicena, humores accreſcere faceret, atq; ſano ſanguini comiſceret, & cū uitę diſcrimine conturbaret, ideo dicit (enixè quidem) Non fiat penitus phlobotomia in principio: Quomodo ergo Examinator dicere poteſt, quòd aliis peccantibus, phlobotomia retractionem faciat? quū potius ſparſione, ac perturbatione eos accreſcere cogat. Parcat mihi Examinator, quòd Auicenæ magis quàm ei credere uolo: Ad eū modo deueniens caſum ab eo propoſitū de fluente humore non turgente, ad gutur, eo non exiſtente ſanguine nec ei commixto, qua ratione ne dum non facienda phlobotomia, quia ab aliquo exſtraneo impedita, ſed quia per grauis error ſit, ut in caſu Illuſtriſſimi Marchionis monſtrauimus. Recurrit autem ipſe ad ea quę Galenus .vi. de cōpoſitione medicā: ſecundùm loca, videlicet faciendam eſſe purgationem, non ratione purgationis, ſed cohibitionis, & quæ ibi: Quod dictum ſi ei ſatisfacit, mihi nequaquàm placere poteſt, quoniam à Galeno pariter quęrendū, quo nam pacto hoc faciat in principio humore fluente ad gutur, quia uel huiuſmodi eſt coctus uel crudus, quū per eum non detur mediū. Et quū coctus à principio non ſit, igitur crudus ſimpliciter exiſtit. Et tunc caſus redditur impoſſibilis, quòd crudus ſit, & quòd à natura moueatur, quòd ſi ab ea mouetur, quanto magis ab arte id fieret? Porrò aperta quidem eſt cōtradictionis implicatio, quòd extremū crudū ſit, & quòd à natura moueatur id quod immobile eſt; Etenim ſi mouetur, vt caſus ſupponit, ergo non eſt crudū, à deſtructione diffinitionis, ad deſtructionem diffiniti: Prętera quæ fuga eſt iſta? quę iudicioſis ſatisfacere nequit, quòd crudū euacuetur, non ratione purgationis, ſed cohibitionis? Nempè quod ob eius cruditatem intentioni purganti reſiſtit, non minus & cohibenti reſiſteret: Prętera hęc noſtra nō fuit lis, an à principio purgatoriū medicamentū exhibendū ſit, ut purget, an potius cohibeat, Sed an horum quicquam fieri poſſit, crudum quum ſit, quare

Quòd in morbis malis, timore nō uacātibus, alienis à sāguine, uel calidis uel frigidis, nullo modo faciēda ſit phlobotomia in principio, nec uia purgationis, nec cohibitionis, qc quid dicat Examinator: Non enim cohibet ut putat, ſed accreſcere facit humores, et multiplicat, permiſcet, turbat.

Quod cruditas illa quæ obſtat purgationi multo magis obſtaret cohibitioni.

ſit, quare leuis hæc eſt fuga. Amplius ex directo Hippocrates huic aduerſatur, quoniam eo loci ſecundo de ratione victus, totum oppoſitum operatur, quia deſcendente dolore ad inferiora, ſi cohibere uellet, euacuare deberet per ſuperiora, & ſic per ſuperiora venam ſecare, contra vero aſcendente dolore, ſi ratione cohibitionis euacuat, deberet per inferiora purgare, & ſic ipſius antyſpaſis iura rectè ſeruaret; Quum autem totum oppoſitum operatur, expreſſa apparet deceptio; Et hæc dubitatio me longè euidentius hic mouet, quàm quę preſenti loco ab Examinatore excitatur, quum aduerſus hunc operandi modum, ſcilicet purgare per inferiora cũ medicamento, eiuſdem Hippocratis textũ quarto de ratione victus in acutis adducat, ubi dicit, quòd fluẽte humore pars quę fluxa non mouenda, niſi donec coctionem aſſecuta fuerit; ſicut Auicena quarta primi conformiter inquit, donec eſſentiam habuerit temperatam: Porrò contra Hippocratem hoc nihil eſt, Quoniam ipſe non intelligit de parte fluxa, niſi poſtquàm firmata fuerit, tunc enim malum quidem eſſet, poſtquàm lentorem, ac prauum eſſendi modum ex mora aquiſiuiſſet eam tentare vele; Sed ea de recenti fluxa, eius expulſionem tentare, non contra Hippocratis dogma exiſtit. Verum quod magis vrget, eſt, id quod dicit Hippocrates ibi ſecundo de ratione victus in acutis, quòd aſcendente dolore, venam ſecare, & deſcendente, purgationem facere opus ſit; hoc (vt olim dixi) medius fidius in uerborum cortice vt aiunt in ſuperficie acceptum, antiquam, ſeu rancidam, ac malè olentem ſapere medicinam uidetur. Ac id de Hippocrate hic potius dicerem, quod de eo Galenus aliquando ſentire viſus eſt, videlicet quòd tantus author non raro in aliquo eius poſitiuo ſenſu aliquid maius intelligere voluerit, quod ſecum animo fortaſſis voluiſſet, vt pote per hæc duo extrema ſuperioris & inferioris partis, vnius met ventris, ex vtriuſq; extremis partibus complexum, quinimmo & de vtraq; uia euacuandi conſimiliter complexum intelligere, vtpote quòd inflamato huiuſmodi ventre medio in ſuperiori parte, quòd utendum phlobotomia, & in inferiori quòd utendum pharmaco, vt tacitè ac quo nam pacto licentiam ab ipſo habeamus, quòd in hoc uentre homogeneo utroq; ſic poſſumus uti auxilio, eadem enim totius ac partis ratio exiſtit, in quo una eſt poſitionis diferẽtia, una ſibi ſeruiens uena, ſi à ſanguine pendeat morbus; ſi uero ab aliis cauſatur humoribus, non minus & idem pharmacum & inferiori & ſuperiori

Quàm rudis uideatur Hippocratis ſermo, q; aſcendẽte dolore fiat uenæ ſectio, deſcẽdẽte purgatio, Niſi dicamus more Galeni, quòd Hippocrates quid maius uoluerit, quare ſecus ipſe conſulit quàm Hippocrates, uidelicet deſcendente dolore & febre ualida extẽte, quòd non ſolum purgare ſed & uenam ſecare debeamus, quod nos ſemper fecimus, ſed unum prius alio ſecũdùm humoris exigentiam.

periori deſeruit parti, ſi huiuſmodi affectio contigerit; Ex qua intellectione facile quidem habemus, quòd ubi cauſę utrumq; requirentes auxilium acciderint, quòd eius prȩcepto utrumq; concedendum ſit, & de facto Galenũ uidemus hac uti licentia, qua & nos ſemper uſi fuimus; confirmat autem proportionalem quã ab eo collegimus doctrinam, de iis quę in morborum temporibus ſeruanda ſunt, Hippocrates namq; duo dumtaxat extrema elegit tempora, videlicet principium & ſtatum, per quæ intelligi uoluit, quid in augumento agendum; hic nimirum mos, hæc eius quidem phraſis extitit: Minus quin etiam in alio Examinator ſatisfacere uidetur, quȩrit enim cur nam Hippocrates inferiorum uenarum ſectione uſus non fuerit? preſertim in thoracis inflamatione, dicitq; huius eſſe cauſam, quia inflamatio ſupra renes exiſtit; Nempe ſi de ultima phlobotomia in preſenti ventre inflamato uerba efficerentur, tota iam ad inflamationis locũ fluxa materia, quod planè in motus complemẽto accidit, rectè quidem ſic diceretur; Sed quia de ea quę ad principii tempus pertinet, puta in doloris aſcenſu, vel deſcenſu ſermo eſt, ea propter nullius omnino valoris eſt; verum preſens hoc negocium ad noſtrum iudicatum opuſculum remittimus. Quamobrem hactenus cum hac Examinatoris lucerna, ad obſcuriora atq; ad ferarum latebras nos hallucinati perducti ſumus; Et quo ſaluemur, iter longè abeſt. Et quis rurſus per deum immortalem non obſtupeſcet, illum audiens quando dicit, quòd ſi Hippocrates ſecundo de ratione uictus in acutis, dicit, quòd deſcendente dolore purgandum ſit, illum dumtaxat peculiarem eſſe locum, prȩter hoc quòd non purgationis ſed cohibitionis cauſa id dixerit: Mox alta uoce dicit, minorantes toto ut aiunt aberrare cœlo: Pauloq; antea dixerat ſecundùm Hippocratem & Galenum raro in principio faciendas eſſe purgationes, prȩter quàm cum phlobotomia; quinimmo neq; ſi materia turgeat, in principio facienda eſt purgatio, niſi corpus bene paratũ fuerit per eum (ut uidimus) Vnum tamen in eius gratiam tacere nequeo, quòd ſi uerum eſſet, quod ipſe dicit, id ego quoq; dicerem, atq; id agerem, & adhuc maiora confiterer, uidelicet quòd nec pharmaco, nec phlobotomia in principio euacuarem, nam in frigidis phlobotomia incrudaret, in calidis inflammaret: dicerem quin etiam in principio humores nũquàm furere poſſe, ipſis crudis ſimpliciter exiſtentibus, & ſic Hippocrates ſuam facere non poſ-

Quàm male cõſultè reſponderit Examinator, in pleuritide non faciendã phlobotomiam in inferioribus, quia paſſio ſupra renes ſit, uaget enim hoc fluxa iam tota exiſtente materia, at nos uerſamur circa principia.

Vide Examinatorem uarium, uolentem fieri potius ſecundũ Hippocratẽ & Galenũ euacuationem cũ phlobotomia, & ſupra dixit cum purgatione uia cohibitionis.

ſet exceptiuam

ſet exceptiuam, quoniam nec à quo, minusq; de quo exciperet, non haberet: Quos nodos, cum ſecta ſoluere habet Examinator, Miror autem de eo, quum illam ipſe fecerit inductionem, de qua infra dicemus, Vbi authores omnes in omni morbo minorantes adducit, & quòd nũc ſanctæ minorationi tam accriter aduerſetur. Timeo ne ipſe aliquo ſophiſmatis faſſino inſpecta Galeni authoritate in libro de criſi tentetur, dicentis, humores in principio crudos eſſe, ideo in principio purgari non poſſe, quod ſequi non poteſt, niſi de ſimpliciter crudis intelligat: Quam dificultatem dicit minorantes ſoluere haud poſſe, & quòd ob huius ignorantiam in graues cecidere errores, quos ſoluere docere ſpondet, hoc ſiquidem pacto, uidelicet quòd fluentibus humoribus qui in partem affectam fluxerunt, & in ea firmati, crudiq; ſint, tertia cruditatis ſignificatione, quæ purgationem impedit; Hi inquàm euacuandi non ſunt, addens quòd qui in motu exiſtunt, illi quidem crudi non ſunt, ſed ſæpiſſimè cocti, non autẽ crudi ex neceſſitate exiſtunt; Et ob id dicit, nil impedit quin eos (parato tamen corpore) purgemus, rurſus inquiens, quòd aphoriſmo non aduerſamur propter quod dicat, ut cocta medicari oporteat; nam licet in principio ſimus, non tamen cruda purgamus, ſed cocta inquit tertia coctionis ſignificatione. Humores autem in principio eſſe coctos, ita ſuadet, ſi ſanguinem, & bilem ex quibus ut plurimum fluxiones efficiuntur ſumamus, anteaquàm in partes ferantur, & in eis firmentur, porrò crudæ non ſunt, nec ſecunda, nec tertia cruditatis ſignificatione; quandoquidẽ primam ſponte abegimus, dicit ipſe, Neq; de ſecunda cruditatis ſignificatione dici poteſt hos crudos eſſe, quandoquidẽ huiuſmodi cruditas ſupra crudos pituitoſos ſe extendat, & hoc ut in ſanguinem uerti poſſint, ergo ii potius ſic cocti ſunt, & non hac ſecunda cruditatis ſignificatione, minus quoq; hos crudos eſſe dicere poſſumus tertia cruditatis ſignificatione, niſi cauſæ præter naturam inuaſerint, priusquàm in affecta parte firmati fuerint, quod ex neceſſitate non contingit; erunt igitur cocti, & ita in moborum principio nihil impedit, quin eos parato corpore purgemus, Et hæc Examinator nimium differenter ab iis quę prędixerat ait. In quibus ſanè dictis, non leuis dubitandi exſurgit occaſio. Etenim iuxta Galeni dogma fateri conſueuerat, non dari niſi crudum, & coctum, minimè non crudum, illud ſcilicet medium admittendo; Ad quę multa quidẽ inconuenientia ſequi videntur. Prædixerat

Quomodo Examinator impugnat minorationẽ principii, propter ſpecialitatẽ caſus Hippocratis, & Iubinde annectit authoritates õnium in principio purgantiũ.

Modus ſoluendi Examinatoris.

Mirabile ẽ Examinatore, qui nõ ponit naturam mediam, oportet igitur quòd materia ì morbis ſit uel cruda uel cocta, & ſi cocta quomodo ì principio eſt? ſi cruda quomodo mouetur arte uel natura? iſta neſciuit Hippocrates

namq; hac in difficultate nil boni ac recti ſciri poſſe, coctionis natura non prius cognita; Nam quũ vniuocam eſſe putauerit, & nos contra, non ignauiter quidem eam probauerimus non vnius eſſe rationis, eo hercle ſuo defficiente lumine, nos in obſcuras tenebras compulit: Quapropter unũ cum alio commiſcendo genus, omnia confundit, & perturbat. Eo igitur authore magnũ hoc exiſtit peccatũ, hac ſilicet in re delinquere, & coctionis naturam ignorare. Sed deterius eſt (æquiuoca quũ ſit) unam pro alia accipere, id quod nũc ſenſu quanti mali cauſa exiſtat, experimur: Similiter quàm magnũ crimen ſit, cruditatem ipſam non perſpicuè cognoſcere, quę quũ in diuiſibili conſiſtat, indiuiſibilem eam eſſe arbitremur, ad magnam quippè cæcitatem trahimur. Vbi contra, ſi ut exploratũ habeamus, cruditatem ipſam ęquè principio obnoxiam, ſecus principiũ illud non eſſet, ſicut contra coctio ipſa declinationi ac fini reſpondet, alioquin ea declinatio non foret, Minusq; faciendę euacuationis aut prohibendæ facultatẽ neſciremus: Quibus ſic habitis, facilè Examinatori male habenti, ac plurimũ laboranti, manus præſtare poſſumus, dicentes cõformiter prędictis, quòd materia quę in principio ad gutur partim fluxit, partimq; fluxura ſit, cruda eſt, coctioni non phiſicæ, ſed medicę oppoſita, quæ dũtaxat expulſionem reſpicit, ſiue modo huiuſmodi materia cocta fuerit, coctione phiſica, ſiue non, quia de hoc nequaquàm prorſus curandũ eſt, quũ huiusmodi præſentis non ſit ſpeculationis. Verũ quia euacuatio cruditati ipſi proportione quadam reſpondet, ea propter medius fidius rectè dicimus, quòd ſi cruditas in principio in ſummo atq; in extremo fuerit, quia ſcilicet humor nullam eius partem coctam habeat, nulla pariter omnino admittenda eſt euacuatio, ſi uero cruditas non in ſummo, ſed contracta potius fuerit, contracta quoq; eſſe debet euacuatio, ut cruditati reſpondeat; iuxta Hippocratis mentem rationi anexam: Proinde ad Examinatoris caſum venientes, dico quòd materia illa in principio ad gutur mota, & motura, nõ erat in extremo ac ſimpliciter cruda, quia natura eam mouere non potuiſſet; quòd ſi eam ipſa mouere potuit, quãto magis eam ars mouere ualebit? Dicere modo veluti Examinator inquit, quòd huiuſmodi materia coctione ſecundi modi cocta ſit, extra propoſitum exiſtit, nec aliud hoc eſt, quàm uerba inuicem complicare atq; confundere; minus quoq; uerũ eſt, quòd cocta ſit coctione tertii modi, quæ ad nos pertinet, quoniã

id non

id non eſſet principium, Neq; coctio medica (queq; illa ſit) in aduentu morbi inuenta, computanda eſt cũ ea, quę mox caloris actionẽ contra morbũ inſequitur, ab ea etenim ſola vt iam pridem diximus, morbi tempora menſurationem capiunt: Præterea non ne mirum de homine quòd hactenus contenderit, atq; infixis pedibus inſtiterit, Quod nequaquàm illud detur non coctũ, ſiue non crudũ; Et quòd nũc modo virationũ compulſus, dicat, in principio ſæpiſſimè coctum dari, totã ſic eius mentem peruertendo? Item & non parum mirabile, ac præter rationem eſt, quòd dari poſſit crudũ ſimpliciter, & coctũ ſimpliciter, non autem mediũ inter ea exiſtere, quæ omnino alterabilia exiſtũt, Hoc nimirũ non eſt Ariſtotelicũ dogma: Nempé huius hominis ego imaginata malè capere valeo, tam imbecillis ſum mineruæ: Miror tamen quòd non erubeſcat, quũ dicat, minorantes in morborũ principiis à materiis non crudis vt plurimũ nobis occurrentibus facinus committere, atq; deinde tot cauillis, atq; impugnationibus eos proſequatur, & nũc ipſe irationabilius illis dicat, inquiens, quòd materię in morborum principiis inuentę ſecundũ plus coctæ ſunt; ad quod ſanè præmiſſum non id tantũ ſequens eſt, illud quod ii minorantes dicũt, parcam ſcilicet faciendam eſſe euacuationem, ſed aliud grande magis, quoniam coctis ea non reſpondet euacuatio, ſed dicebat Hippocrates, mederi opus eſt, quod eſt dicere, vniuerſam faciendam eſſe euacuationem, veluti & in coctis, & in turgentibus expedit pariter faciendũ eſſe: Quare Examinator hic nec ſecundũ Hippocratem, nec ſecundũ Galenũ loquitur. His prætera ſic habitis idem anxiè multũ laborans, aliũ etiam proponit caſum, atq; inquit, Quid ni? ſi fluentibus humoribus vt paulò antea dicebamus, eorum pars ad gutur moueatur, atquè alia adhuc pars motura ſit; quos coctos iam eſſe oſtendere conatus eſt, ſed addit, quòd eis denuo à cauſis præter naturam obtineri, atq; recenti inducta in eis cruditate eo affici, vt eius ratione euacuari non poſſint, quid nam agendũ ſit? Parte vna, euacuationis inſtante neceſſitate, parte alia eã ob cruditatem inductam fieri non poſſe; Et ſic per eũ non leuis inſurgit labor, ac difficultas, an ſic eos præter naturam affectos nobis euacuare liceat: Ad hoc reſpondens, multa ſanè emittit ſuſpiria, Inquiens, quantò magis hæc perpendo, maximarum ambiguitatum res hæc mihi plena videtur, atq; de more, Hippocratis literã corruptè legẽdo, ita inquit,

Coctio medica quæ caloris actionem inſequitur, non ea eſt quam ars inducere intendit, ſed quã ante morbum induxit natura, & partem coctam non uult coqui, ſed euacuari, partem autẽ crudam uult coqui per totũ tẽpus uſq; ad ſtatũ incluſiuè, niſi materia licet quieta, mala ſit, atquè uictoriam ſupra naturã oſtendat, quæ eſt excepti-ua illa Auic: in augmento facta, quæ proportione reſpondet illi quam in principio Hippocrates facit de materia turgente.

Examinatoris dictum quòd melius sit fluentes humores ad suffocationem præcipites euacuare licet crudi sint, quàm suffocationem permittere, contradictionis implicationẽ sapit.

Concocta medenda, cruda non. Ex aduerso ait, Iam suppositũ est, eos præcipites ad gutur cũ suffocationis discrimine irruere, Quid per Deũ immortalem agendum? atq; multa cum angustia formalia hæc adducit verba; Profecto longè melius ita fluentes humores, etiam quòd crudi sint purgatione reuellere, quàm suffocationem permittere. Verum sic agendo, ad prius iam dictum obiectũ reddit, videlicet quòd sic aphorismo aduersari videmur, dicente cruda non, ideſt euacuanda non sunt, cui sanè enigmati, seu potius insolubili occurrere nesciens, ubi antea faciliter soluere, ac nos docere spondiderat, nunc perterritus, ait, rem tam ancipitem prudentis medici ope indigere, qui utranq; indicationem rimetur. Illã scilicet quę à cruditate impediente purgationem prohibet, & illam, quę à fluxu mortis cum periculo existit, atq; harum ualidiori attendere, horum scilicet utrorumq; crudum purgari, uel morbum tamen permittere ut crescat, & suffocet, id quod peius est semper euitando: Demum se ad Hippocratis interpretationem conuertit. Audite quæso lectores, quid nouum & mirabile de tanto authore dicat, ipsum scilicet in eo aducto aphorismo de actu ęgrotãtibus à crudis humoribus in morbi principio existentibus nequaquàm loqui, Sed de neutris dumtaxat præseruandis, ac purgandis, ut potè quòd in eis sic non actu laborantibus omnis excluſus sit timor, Nilq; aliud sit, nisi quòd magna tunc premuntur multitudine, & in huiusmodi quidem neutris uelit Hippocrates quòd prius coquendi sint, deinde purgandi ob timoris absentiam, sicut contra, qui actu ęgrotant, propter mortis discrimen, & si crudi sint, euacuandi tamen sunt, Et ita placito suo Hippocratem exponit, Innuens, quòd qui actu ęgrotant, purgandi sunt, licet crudi sint humores, sed secundum eorum partem tantum euacuandi sunt, nisi turgeant, & nisi fluxui coniũcti sint. Nẽpe quo plus hominem inspicio, plus de eo admiror, ipse enim Galenum insequendo quęstionem mouit. Ex quo humores in principio semper crudi sunt, quomodo igitur Hippocrates dicit, nos in prin principio euacuandi licentiam habere, quum cruda moueri nequeant? Si ergo in morbi principio non euacuandum ob cruditatem, & in statu silentium habere melius sit, quomodo loquitur de præseruandis, & non de curandis? quum licentiam ipse det in morbi principio, si medico uidetur, eo quo exposuimus modo. Præterea qua ratione mouetur, ad licendum, quòd. A.

Quàm extranea sit Examinatoris interpretatio, exponentis Hippocratẽ in. xxii. aphorismo quòd loquatur de præseruãdis non de curãdis, quum litera de merè euacuàdis et euacuationibus per eorũ naturas sit, mox tas ordinat ad ẽpora in. 29. secund æ. & si uo lũtariè exponit.

puta sit

puta ſit crudum, & non alia quidem cruditate, niſi quę ſimpliciter, quum illud non crudum compoſitum ex cocto & crudo non ponat ipſe cum conſortibus, quod vna eius pars in periculo ſuffocationis euacuari poſſit; etenim tunc valebit ratio dominorum Tuſcorum, quę contra nos tuentes Hippocratem nullius prorſus eſt valoris, dicebant enim eam fieri non poſſe in principio parcam euacuationem, quin & vniuerſam, quia ad Galeni mentem dicebant principii materiam nequaquam non crudam eſſe, ſed crudam totam; & quia in uniformibus eadem eſt ratio totius & partis, ſi pars euacuationi conſentiret, ergo & omnes: nimirum valide conſecutio procedit, non autem contra Hippocratem, & qui eum ſequuntur: Ponere igitur propter timorem ſuffocationis quòd crudum ineuacuabile euacuetur, eſt contradictionis implicationem afferre, vel ei neceſſarium eſt ad noſtram ſe conuertere opinionem, quam ita impudenter negauerat, & ſic ſuę mentis inconſtantiam oſtenderet, quòd ſi eius excogitatio ſe ipſam interimit, vanum contra eam hactenus noſtrum fuiſſe negocium apparet: Profectò niſi tam grande generis humani detrimentum vidiſſem, propter puſillos magis falſitati quàm veritati fauentes, iamdudum ab inceptis me abſtinuiſſem. Aſt ſanè tam graue vicit iter Pietas: Itaq; ad hæc inania rurſus reddeo: Dicit enim Examinator, ſi partes mouentur quę coctæ ſunt, mox in interſtitio à cauſis prętер naturam aripiantur ut in cruditatis naturā redigantur, vt deniq; ſimul inſtare videantur & cruditas & ſuffocationis timor, quid tandem agendum ſit, quę rit. Atq; huic reſpondens, quòd magis cruditatem negligere debeamus, qua ſpreta humorem crudum euacuare conſulit; & ita ineuacuabile euacuaretur, uel propriam (ut dixi) eum oportet relinquere opinionem, atq; dicere id non eſſe crudum, ſed non crudum, ut Hippocrati uſum fuit, qui in morbis, & non extra morbum, non crudum euacuari in principio ſecundum partem, non autem ſecundum totum in quietis concedit, falſum quū ſit, in illis adductis aphoriſmis ipſum intellexiſſe in pręſeruatione, non autem in morborum curatione, in quibus ſemper vult euacuationem adequari coctioni, quę ſi integra eſt (ut in fine eſſe ſolet) integram quoq; euacuationem fieri intendit, ſi uero contracta fuerit coctio, uti in principiis ut plurimum eſſe ſolet, contracta pariter & non integra efficiatur euacuatio; quo peracto euacuationis minorantis opere coctioni deinde uacandū, quod Auicena forte

Quàm uana ſit conſecutio contra Hippocratē, quæ ſecus ualida contra Galenum non ponentē materiā non crudā.

Quòd opinio quæ ſe interimit uana ſit & deſtituenda, ſed propter puſillos nō deſtituimus ob pietatē.

cena forte intelligere voluit, quum dixit, poſt adminiſtrationem canonum vniuerſaliũ, attendendũ eſſe coctioni, & euacuationi, eo quo ſupra expoſuimus modo: Quid modo illi vniuerſales referat canones, & quid deinde illa velit euacuatio coctioni anexa, ad eum interpretatum me remitto locum, in quo (ni fallor) diligenter & abunde diſerui: Tam monſtruoſa igitur Hippocratis interpretatio, & à nemine iudicioſo comprobata, relinquatur. Profecto hac in re nullam aliam maiorem ea video difficultatem, quam hi Galeni æmuli ſibi ipſis metiparant, ſuis cum his implicantibus verbis. Quas ſanè anguſtias non illi habent qui Hippocratis arã colunt: Quamobrẽ Hippocratici eruditi homines non dicerent, quòd fluente materia ad gutur in morbi principio, illa cruda eſſet, ſed quòd non cruda, & ſic quòd pars quæ in motu, & quæ motura eſt, euacuanda foret propter ſuffocationis timorem, ſed non qua cruda, quinimmo quatenus non cruda; Vbi namq; cruda verè eſſet, non plus ad ſanandum, quàm ad volandum euacuandi opus ſibi preſtaret: Nẽpè non ambigo, quòd longe melius eſſet euacuare, quàm ſuffocationis mortem admittere, & quòd melius eſſet ægrum volatus compotem reddere; ſed neſcio quod crudum euacuare ad mortem euitandam, aut ad volandum conferat, non enim plus parat ad ſanitatem, quàm ad volandum: Porrò caſus hic quòd crudus ſit humor verè, & quòd euacuetur, peccato implicationis contradictionis laborat; Nam ſi crudum eſſet, ante fluxum non flueret; ſi vero poſt fluxum deinde incrudeſcere cœperit, ante quàm id eueniat ſecundum Hippocratem euacuari poterit, quod ipſe quarto regiminis acutorum innuit, inquiens, vt antequàm firmatum ſit, euacuari debeat, Nam poſtea quum forte conſtiterit, nec euacuari, nec moueri debet, niſi poſtquàm eſſentiam habuerit temperatam: Dices, ſuffocabitur, quoniam ſic morbus incurabilis efficietur. Nos uero dicemus cum Galeno, Morbo mortali omnia ingenia deficere. Et alibi, Morituri ſolis pronoſticis ſunt relinquendi: Si enim omnes (vt in præſagiis habetur) ſanare poſſemus, Diuinis prophetis comparandi eſſemus. Medicina etenim facultas ad ſanandum non omnino exiſtit, authore Auicena. Aliam inſuper Examinator ſubnectit concluſionem, quòd in ipſis quietis humoribus, nullo modo in principio purgandum ſit. Verum lector hic Authores ab ipſo inferius regiſtratos conſiderabit, videbit namquè

Quòd crudum euacuare ægro, par eſt, ac ipſi alas tradere ut volet.

namq; omnes duces noſtros in morborũ principiis curationes ab euacuatione ꝑpetuo ĩchoare; Sed ꝓ nũc cęteros eo uſq; dimittamus, ad Hippocratẽ deueniamus. Qui de pincipiorũ euacuatione diſerens, ſe ad medici arbitriũ remittit, nullũ de humorũ motu uel quiete verbum faciẽs, quinimmo ſi horũ alterũ eius ſermo prętenderet, potius ſupra quietem ſe magis extenderet, videlicet quo̓d in morborũ principio quietos humores nos duntaxat mouere debeamus, quoniã motos & inquietos non mouere, ſed mederi potius debeamus; Et eo magis quo̓d motus per eius naturam ex contrario fit, ſicut ex non muſico muſicus efficitur. Ita quoque & motus ex quiete proficiſcitur, ideo per ſe mouemus id quod prius quieſcebat (ſi tamen id motus capax fuerit) propter illa cruda rara, quę in ſummo ſunt, quę motũ nequaquã admittũt. Etenim ſi furioſum humorem in motu exiſtentem mouere nos intendimus, eum non per ſe mouemus qua motus eſt, ſed qua non motus; nã cum per corpus moueatur, ipſum aliter quã mouebatur, mouere tentamus, quia ſcilicet ad extra corpus: ſi ergo Hippocratis uerbis attendimus, potius de quietis mouẽdis, & ut plurimũ occurrẽtibus loquitur; Si ergo quę ĩ principiis ſecũdũ plurimũ ea ſunt quę quieſcũt, et quę nobis ſecundũ naturã magis occurrunt, rationabilius eſt Hippocratem de his quę ſecundum plus ſunt, uerba facere; Et ſi ſic, quomodo Examinator dicere poteſt, quo̓d ſecundũ Hippocratẽ in ipſis humoribus quietis euacuandũ nõ ſit? Forte dicet, quo̓d per quietos, crudos ſimpliciter intelligat; Sed hic eſt error, qui hercle ſtudioſa repręhenſione non indigeat, illi namq; adeo quieti qui ſimpliciter crudi exiſtũt, nullo modo in dicto aphoriſmo cõpræhenſi ſunt, ex quo ut diximus, tamquam impertinentes illi loco exiſtũt, vbi dũtaxat de ſolis euacuabilibus, agit' quę duo numero tantũ ſunt, & totidẽ ſũt ſibi correſpõdentes euacuationes, in quo ſanè aphoriſmo xxii. primæ, minusq; in xxviiii. ſectionis ſecundæ, ſe non declarauit, quinimmo Hippocrates magnopere ſe præcauit à ſpecificatione auxilii, cũ quo nam inſtrumento huiusmodi euacuationes principiorũ nos experiri debeamus. Quicquid ſatrapę noſtri temporis ad Galeni mentem dicũt, minorationem hanc faciendam cũ ſanguinis miſſione, non autẽ cũ pharmaco, Quũ tamen re uera indiſtinctè de utroq; Hippocrates loquutus fuerit, ut etiã ex Galeno colligi poteſt, dicente, duo hæc maiora eſſe auxilia, inter quę tamen aliquã in verbis differentiam facere videtur, vt unũ altero ſibi magis

Quòd Hippocrates loquens de humorũ euacuatione nullã, fecit cõmemorationẽ de eorum motu, quinimmo ſi horũ alterum intẽdiſſet, de quiete potius quam de motu eum intellexiſſe creditile eſt, quoniã quieti ſunt magis ſecundũ naturam, turgentes uero & inquieti raro ſũt.

Quòd Hippocrates loquens de euacuatione facienda in morbis, ſe ad nullum primorum auxiliorum limitauit, ut dicũt Satrapæ noſtri tẽporis, quòd ad phlebotomiam.

Quòd Hippocrates ſe nõ limitans ad alterum auxiliorũ per ſilentium in 29. item .2. regiminis acutorũ utrumq; laudat in eodem uẽtre, ſola differentia ſuperioris & inferioris facta partis. Quod ſi magis ad phlobotomiam inclinare uideatur, hoc per accidens, propter medicamentorũ penuriam.

ſibi magis apparere videatur, ac ſi ipſum promptius ad manus haberent, venę ſcilicet ſectionę, contra vero aliud vt ſibi odioſum oſtendũt, Qua propter Hippocrates aphoriſmorũ prima, dicit In peracutis paſſionibus raro in principiis pharmacis nos vti debemus, Quod ab eorũ qualitate potius, quàm ab intentione eligenda oriri cenſeo, bonorũ enim ac ſuauiũ medicamentorũ inſcitia plus eorũ vſum abſtulit, quàm ratio; quibus in caſibus ita acutis nos modo fœlicius locupletati, non ęque periculis ſubſtamus: Proinde ſi ego de aliis, quàm de pharmacis Hippocratis nõ gnarus eſſem, non alia quidem, quàm ſua incederę via, ab antiquioribus abſtinendo pharmacis, vt eo in libro de purgatoriis medicamentis dicit idẽ author: crediderim tamen etiã, quòd ſi ipſe mitiora, ac ſuauiora, cõſolataq; magis pharmaca nouiſſet, quòd libentius & audatius his noſtris vſus fuiſſet, preſertim eo in dicto libro, quando dicit, ad .xiiii. vſq; diem abſtinendũ eſſe. Pertimeſcebat enim calidis in morbis in quibus humores in carne feruent, ne illa quę calida erant medicamenta, potius à carne attraherentur, quàm ea illos ui attractiua ad exitum cogerent, nulla adhuc nundũ vulgata doctrina, quòd quæ frigida ſunt pharmaca calidiores & tenuiores nedũ educere, ſed & ſimul coquere ſatis eſſent, & ita attractionem, non ſemper à ſimili fieri manifeſtũ eſt, quoniam multoties à proportione (ut ſapientius dicit Auicena) fortius & melius actio aliquando efficitur. Verũ ſiue modo pharmaca à ſimilitudine ſiue à proportione agant, tantum ſit, quòd ut dictũ eſt, Hippocrates in xxviii. ſectionis ſecundę aphoriſmo, curatiuas non prędeſeruatiuas intentiones pertractans à principio ad ſtatũ uſq; agendas, ſe quidem prędcauit ab hoc uel illo curante inſtrumento, hoc operantis medici iudicio relinquens. Qui (ut prudẽs) ex eis melius & opportunius eligat quod peccãs materia exigat. Neq; id etiam quod ab antiquis proditum eſt ad Hippocratem uſq; mihi ex toto ſatiſſacere potuit, & non ab re quidem, ſi uerũ eſt, quod diximus, artes non omnino integras ac perfectas oriri, ſed per temporũ defluxũ additionẽ ac maiorem perfectionem ſecundũ Ariſtotelem adipiſci. Dixerat enim primus noſter Dux, ſuis cũ ueteribus, in valde acutis morbis calidis, non pharmacis calidis vtendũ, Vbi ſecus in non adeò calidis, pro libito etiam calidis vti poſſit, quia attractio á ſimili efficiatur. Aſſumptũ tamen hoc vniuerſaliter verũ eſſe, non comperuimus. Ex quo in valde calidi morbi principio pharmacũ non calidũ, ſed potius

Quòd ſecundũ Hippocratẽ attractio medicamenti ſit ratione ſimilitudinis et per caliditatem.

Quòd ſecundũ Auicenam attractio nõ ſemper fiat à ſimili, ſed quãdoq; à proportione et melius.

frigidũ,

frigidū,immo aquam ipſam ueri frigoris optimè humores calidos eduxiſſe pluries comperuimus, id quod antea valida pharmaca agere non potuerant:Et ut experimẽto certiores efficiamur, placuit mihi ueram Hiſtoriam, quę anno.1553.in me contigit,adducere:Dū poſt animi accenſionem,ac corporis ſub ſole agitationem,cū calida temperatura, bilioſa, nec ſanguine ſpoliata, in ſenili licet ætate, me 73.tunc annū aggente, en quòd ad talamum frigidū reductus dū ſcriberē, in typū incidi, poſt quem notabilis hercle calor, auriū tinitus, capitis dolor, ſitis valida, cū inquietudine, ſuſpiriis ſucceſſere, quę planè ſympthomata in ſene non ſpernendū nũciabant morbū, durauit inſignis ille calor, à .xxii. hora ad .x.ſequẽtis diei,Quo tẽpore Gener meus Dominus Ceſar Pendaſius (vt grauis medicus exiſtit) iudicans hoc ſenile corpus imbecille, puræ actioni naturæ non comittendū, quę dubio procul in morbi prolixo itinere facile perire potuiſſet,iccirco cautius agentes,hora .x. in qua ſi non ablata, remiſſa tamen erat febris, pharmacum ex tamarindis, prumis,ſebeſten,paſſulis,ſeminibus frigidis,floribus cordialibus,liquiritia,ī aquis frigidis nõ cõſtringẽtibus,ſed aperiẽtibus,cū electuario diapranis,& de ſebeſtẽ, & orientali mãna propinauit, quod actu frigidū accepi.Poſt cuius aſſumptionem peracto vnius horę ſomno, per tres adhuc cõſumptus horis ſumma cū tranquilitate .vii. uicibus deiectus fuit uenter,magnam bilioſę materię copiam ſubducendo,nulla anguſtia, nullo prorſus interueniẽte dolore,cū totali febris extinctione,atq; omniū accidentiū ablatione; ſequenti uero die, nulla omnino apparuit alteratio; tertia deinde die modica ſe ſe obtulit febris, quam cū frigidis intus & foris, cū localibus applicitis extinguere tentauimus;quinta uero die, ne dū febris ueſtigiū ſe ſe obtulit, ut non ulteriori pharmaco aut alio auxilio indiguerimus. Ego hercle non crediderim, quòd ſi Hippocrates hæc nouiſſet pharmaca, acutas & inflamatas febres ſanantia, quòd nos ad .xiiii. uſq; ab ſtinere conſuluiſſet; minuſq; crediderim Examinator,quòd tu cū peplio,aut ueratro,ſimul cū tota illa apologetica antiqua medicina,hæc feciſſes negocia.Nolo tamen ob id fateri,quòd illi meę iã dictæ febri p̃ cauſa efficiente humores tã ſubtiles ac tenues fuerint,ut crudi ſimpliciter arbitrari potuerint, qui niſi poſt .xiiii. Hippocratis conſilio euacuari non debuiſſent; de quibus eo loci in libro de purgatoriis medicamẽtis ipſe ītelligebat.Verū hic obiter nõ inutile, ac prorſus infructuoſum eſſe reor excogitare, cur Hippocrates

Hiſtoria tertianæ febris, qua ego anno .1553. fui correptus.

Quod ſi Hippocrates nouiſſet pharmaca noſtri temporis, non diſtuliſſet euacuationem ad xiiii. in ualde acutis.

Qur Hippocrates diſtulit euacuationem ad xiiii. in acutis febribus.

Hippocrates ita ſe in tam inflamatis & acutis febribus, ad .xiiii. diem pro facienda euacuatione ſe limitauerit? ex non ante, Niſi ſit, quòd humores ſic tam calidos crudos ſimpliciter eſſe putabat; ea propter dicit, eos magis aptos ſuo feruenti calore pharmacũ attrahere, quàm ab eo attrahi: Modo cõpertũ eſt hũc eſſe crudorũ ſimpliciter terminũ, ante quem ſperare non poſſumus illorum eductionem, hoc autem in crudis ſimpliciter per frigidũ clare nos uidemus, & ſi in eis ita eſt, hoc idem in huiuſmodi crudis ſimpliciter per calidum ſumere debemus, ſeruata in eis paritate, Ex quo contrariorũ eadem eſt ratio, ac diſciplina; & ſic tam calida quàm frigida hanc exigunt temporis menſuram, & hinc Galenus & Raſes ab Hippocrate diſcant, ſi ita tutũ eſt in morbis acutis, calidis, & tenuibus ſtatim euacuare, & maximè cũ illo ſuo ueratro. Idem quoq; dicerem de ſeroſis humoribus, quòd à principio euacuandi non eſſent, ſi inter tenues crudos ſimpliciter adnumerandos eſſe putemus; Quod perperam excogitatũ fore arbitror. Vtcũq; tamen fuerit, hoc adminus dixerim, quòd huiuſmodi materia calida, ac tenuis, non ita repentè cũ calidis medicamentis euacuanda eſſet, ſed ſtatutũ diem ab Hippocrate expectare prius opus eſſet, illis calidis omiſſis pharmacis, eis dũtaxat utendo, quibus Auicena in ardore, alias in cauſone utitur, puta aqua fructuũ, Quæ ſanè ita frigida ſimul cũ euacuatione coquũt. Secus uero in crudis ſimpliciter craſſis & lentis, qui medius fidius ſi ſic crudi eſſent, non illi ũquàm contingerent caſus, quos ſibi imaginatus eſt Examinator, nõ enim concederet Hippocrates, quòd humor qui crudus eſt, moueri poſſit, nec à natura, nec ab arte; Neq; concederet, quòd humor in morbi principio ſemper crudus exiſtat, ea ſcilicet cruditate, quę ſimpliciter eſt, ſic enim ea falacia quę à ſimpliciter ad ſecundum quid eſt, committeretur.

Quòd in crudis oppoſitis euacuandis, terminus eſt idem ex parte naturæ, ſi uere cruda oppoſita fuerint.

At Adices, mice quomodo tu cũ Auicena in calidis crudis ſimpliciter ante .xiiii. euacuas tuis his cũ frigidis? ſi Hippocratis cõſiliũ ſit, ad id tempus craſtinare? & oppoſitorũ (vt dicis) eadem ſit ratio? Dico, quòd ſi medica hæc facultas æq; in frigidis calida ad manus haberet vel cognoſceret experiméta (vt forte habere poteſt) quę calida cũ forent, ſimul coquerent, & expellerent, & facerent cruda ſimpliciter fieri non cruda, Eadem ratione ſic nos idem ageremus. Sed quia cõperta ea adhuc non habuerat, ea propter Hippocrates æqualem impoſuit terminũ, tam in calidis, quàm in frigidis, quia oppoſitorũ eadem ſemper eſt ratio, vt à

Philoſopho

philoſopho declaratũ iam eſt, & Medicus philoſopho credere debet, Authore Auicena. Rurſus Examinator in alio laborans dicit, Admodum difficile eſſe hoc ſcire, an humores tenues craſſari habeant prius, quo euacuari poſſint; Ex quo ſeroſi in principio eſto quòd quieſcant, moueri tamen poſſunt, Authore Galeno in libro de quos quibus & quando, inquiens, ad hæc omnia tempus monſtrabunt. Addens ſi quidem inter morbi initia tenues & ſeroſos euacuabis, eſto quòd in mẽbris firmati ſint. Vbi vero craſſi & tenaces quieſcant, ſi in mẽbris firmati ſint, purgari quidẽ non poſſe uidentur, ſic ut id quod de craſſis & lentis quũ in mẽbris firmati ſint non conceditur, de ſeroſis vero tenuibus, eſto quòd quieuerint, firmatiq; fuerint, admittitur: quòd ſi ſic admittatur, adhuc inquit Examinator, quo nam pacto Galeno non aduerſabimur? dicentes tenues, ſeroſos, quietos, crudos, in principio exiſtentes euacuandos tamen, eſto quòd firmati ſint. Qui quarto de ratione uictus in acutis præcipit, vt Hippocratis mandatũ obſeruemus, in quo dicit, Nẽpe priusquàm humores in partes firmentur, eos purgandos, aut quando iam firmati, poſtquàm dũtaxat ad maturitatẽ peruenerint: Quomodo ergo ſeroſos firmatos & quietos Hippocratis conſenſu in principio purgare poſſumus? Additq; perarduas hac in re quęſtiones inſurgere, quæ multos in errores perduxere, quas tamen ſcire euadere nos probè docere intendit, ea preſertim, quã imaginatus eſt via. Audite viri iudicioſi, quid nam Examinator in mediũ adducit, inquit enim Galenũ in duas animũ uertiſſe partes & quidem contrarias, ad humorũ ſcilicet tenuitatẽ, pro manifeſto habens, quòd qui tenues exiſtunt, ſemper euacuationi parati ſint, ſecundo ab eorũ quiete, cuius ratione ait, conuincitur eos impactione teneri: Arbitror ipſum credere, quòd tenues quũ ſint humores, niſi quadã impactionis violentia impedirentur, quòd non ſic quieſcerent, ſed hac potius vel illac fluerent, ac mouerentur: Addit inſuper, Quũ duo hæc oppoſita ſint, tenuitas & quies, difficultatẽ pariunt, primũ enim purgationẽ indicat, ſecundũ vero puta quies eam prohibet, impactionẽ ſcilicet atteſtãs; At quod ex his præponẽdũ ſit, ſe quidẽ neſcire fatetur. Profectò in homine plurimã video ingenuitatẽ, nã quę ſcit ipſe, gratis quidẽ docet, aut ſaltẽ ingenuè ſe neſcire deniq; fatetur: Verũ licet hæc bono dicta ſint animo, mihi tamen non uſq; quaq; ſatisfaciũt. Volo tamẽ mihi perſuadere, quòd uir hic ſuis creſcẽtibus annis,

Quòd ſeroſi quieti humores, eſto quòd in principio ſint et in mẽbris firmati, purgari tamen poſſunt, quod à craſſis & quietis in membris firmatis dici non poteſt.

Vide quomodo Galenus apud Examinatorem ſit dubius, propter ſeroſos tenues et quietos, nã tenuitas euacuationẽ iubet, quies uero prohibet.

Quomodo Examinator dicere poſsit, quòd tenuitas de ſe purgationem indicat, quia non plus hoc facere habet craſſities in ſuo genere, quàm tenuitas in ſuo, & è contra.

ac uirtutibus & diſciplinis, fœlicia ſua quidem reddet tempora. In primis nō uideo, quo nam pacto tenue & quietū oppoſita exiſtant, impertinentia quū ſint ac diuerſorū generū, perſimile ei eſt adagio iam dicto, Vnus erat laicus, & alter Paduanus: Durū quoq; mihi uidetur quod deinde dicit, horū unū purgationem indicare, ſcilicet tenue ſecūdū ipſū, alterū uero prohibere ut quies, quę ſanè ambo non capio, quinimmo totū eſſe oppoſitū mihi uidetur, nā quies de ſe ſi ad euacuationis motū non inuitat, ei tamen nequaquàm reſiſtit, quū de ſe quies ineuacuabilitati eſſentialiter non annectitur, quinimo (vt iam diximus) quod ad euacuationē mouetur, plenū atq; quieſcens erat, ex quo motus ex cōtrario efficitur: Quòd ſi fortaſſis digeſtū fuerit, & quietū, & natura id ſuo non moueat tēpore, dicit Auicena, Moue tu; quòd ſi ſecundū uniuerſas partes coctū erit, uniuerſa fiat euacuatio, ut in fine fit, ſi uero erit non crudū, ideſt niſi ſecundū partem coctū, vt in principio ſecundū plus euenit, & ſit quietū, moue partē dūtaxat, & nō totū, niſi ſit furioſū. At quū tenuitas ab Examinatore abſolutè prolata ſit, ſempq; ſic in maiori ſignificato vnūquodq; intelligi habeat, erit igitur tenuius quod eſſe poſſit, quod ſic eſſentialiter crudū eſt ſimpliciter; modo quod ſic crudū eſt, cuicū q; euacuationi profus reluctatur: Si igitur per eū quies euacuationi reſiſtit, & tenuitas ipſa cruditatē referat, quę euacuationē prohibet, quo nam igitur pacto quies & tenuitas in animo lite excitare poſſunt? ſi utraq; pars certatim euacuationē fieri vetat? Prę terea ſi vt dicit Examinator res ſic ſe haberet (quod ei condonemus) vt potè, quòd & quies, & tenuitas contrariè ęqualiter indicarent, vnū prohibendo, aliud ſuadendo, quo nā pacto difficultas hæc unquàm ſolui poterit? Ex quo potentia omnis ęq; ad contraria mota in nullū eorū vnquàm ſe reſoluet, niſi determinetur, vt in libro de cœlo dicit Philoſophus, Prēterea quomodo tenue de ſe paratū eſt, ut euacuari poſſit? ſi Galenus in libro de conſtitutione artis medicę oppoſitū dicit, videlicet quòd ſicut craſſum ad hoc quod euacuetur, opus eſt ut attenuetur prius, eodē q; modo in ſuo genere ſit de nimis tenui, ex quo contrariorū eadē exiſtit ratio? Non deeſt etiam Galeni authoritas de actu (ut aiūt) exercito, licet in re iſta amphiuius fuerit, Ex quo. vi. de uulg: mor: de catarrho tenui, Et. xii. methodi de febre tenui pituitoſa, cui Auicena quinta terti, & quarti canonis prima conſentit, loquēs de horū affectuū curationibus, inquit, has incraſſatione fieri debere.

Quòd difficile ſit dicere, q; tenuitas & quies ſint oppoſita, ut dicit Examinator, diuerſorum quū ſint generū.

Quàm falsū ſit Galenum animū in contraria diuiſum habuiſſe, ſi utraq; prohibent euacuationem, ſic omnis tollitur lucta.

debere. Amplius falſum ac uoluntariũ nimis eſt dicere, quòd qui ſeroſus eſt humor & quieſcit impactus ſit, quum potius ex naturæ inſtinctu ad reſiſtendũ impactioni factus fuerit, & ut ſanguinis uæhiculũ ſit, & enim lauando atq; abſtergendo impactioni quidem reſiſtitur, et ſic impactio tollitur. Porrò hoc eſt rerũ naturas prorſus ignorare. Minusq; eius dictũ probatũ fuiſſe reor, illud ſcilicet quòd ſi impactus non eſſet, ſeroſus ille humor, quòd moueretur minusq; de ſe quieſcere poſſet. Dicã enim ego contra potius ſeroſum illũ humorẽ non eſſe illud tenue, quod crudũ ſimpliciter per tenue intelligebat Hippocrates, quũ hæc ſua ſit natura, ut non craſſioris nec tenuioris ſuę ſubſtantię ſit modus, quũ à natura pro eius fine ſic conſtitutus fuerit; proinde non ipſum crudũ, ſed coctũ eſſe, prout ad eũ coctio ſpectat, qua per meatus, attrahentibus pharmacis diſcurere queat, nullamq; aliã coctionẽ deſiderat; quamobrẽ ſic huiuſmodi humor crudus non eſt, ſed coctus, aut ſaltẽ nõ crudus. Et ſic quàm latens exiſtat natura crudi ſimpliciter per tenue, huiuſmodi quidẽ ſeroſi eſſendi modus nobis oſtendit, cuius cruditas hercle euidens non eſt: Et eſto quòd de ea aliqua extaret ſuſpitio, incerta tamen eſt qualis ac quanta ipſa foret, proinde nil mirũ de eiuſmodi re, preſertim de huiuſmodi ſeroſo, ſi uarię dubitationes ac opiniones inſurgant. Verũ nos infra aliquid adhuc dicemus, hoc pro nunc tamen non ommittendo, quòd ſeroſus humor ſecundũ animę imperiũ mouetur & quieſcit, Et ſi Galenus in libro de quos, quibus, & quando, dicit quòd ſeroſitas in motũ inclinat, de hoc inferius loquemur: Ad tenuitatẽ modo reddiens, dico ipſam multos decepiſſe, ad Raſẽ vſq;, de qua eũ male ſenſiſſe ab Auicena ſuperius vidimus, & ad eũ me remitto locũ, de ea tamen pro nũc aperta fronte illud aſſerrẽdo, quod de craſſitie dictũ eſt, idẽ de tenuitate eidem oppoſita intelligendũ: Item quòd diſtinctio de cruditate in omni genere accipienda eſt, ex quo nõ in indiuiſibili conſiſtit, nam in quo uis genere datur crudũ ſimpliciter, & ſecundũ quid, & quia in principali noſtro cõmentario id per ſenſum monſtrauimus, placuit mihi deinde in hoc apologetico huic defenſorio naturalibus rationibus rurſus oſtendere; & quoniam malẽ aſſueti, & plus Galeno quàm veritati credentes facile dillabuntur, eas hic ſummatim repetã propter earũ meliorem impreſſionẽ, ac (ut ita dicam) plantationem, ac corroborationem. Scimus enim nos tenue dari, ſicut datur & nimis craſſum, & quòd oppoſitorũ eadem eſt ratio, & ſi datur etiam

Quomodo ſeroſus humor impactus eſſe poſſit, ſi naturæ inſtinctu impactioni reſiſtit, hoc eſt rerum naturas prorſus ignorare.

Quàm magnus ſit error credere ſeroſum humorẽ illum eſſe crudum per tenue, quem euacuari in principio Hippocrates nõ uult, ideo latens ualde eſt natura crudi per tenue.

Cur ſeroſus humor mobilis cum ſit, quieſcat tamen.

tenuius illo, quũ non ſit ire in infinitũ; ex quo natura ſuis in rebus finem ſemper quęrit: ergo ſicut tandem eſt deuenire ad craſſum quo craſſius eſſe non poſſit, pariter eſt deuenire ad ita tenue, quo eo tenuius eſſe non poſſit; & ſicut illud tam craſſum crudũ ſimpliciter nullas eius partes habet expellibiles, ita crudũ per tenue ſimpliciter nullas ſui partes expellibiles habet: Hoc experimento, hoc uia naturali conuincitur, quod Hippocrates intellige re voluit: Profectò quũ iſtius hominis lucerna hæc ſibi nec aliis oſtenderit, atq; ita eũ frequenter ceſpitare faciat, quinimmo leui quacunq; aura extinguatur, vt ſuplicem illum deoſ orare cogatur, atq; periti medici ope indigere (ut ueridicus eſt) fateri cogatur, congruè id dici poteſt, quod cuipiam Medico gallica labe ęgrotãti, qui quũ Illuſtrẽ uirũ eo affectu laboranté cõueniſſet, eiq; curationem promiſiſſet (ſanatus ipſe quũ nõ fuiſſet) qui omni mane pręteritam noctẽ, uel bonã, uel malã ſibi ut uates, prędicebat, ut illũ in ſui admirationem traxiſſet, intellecta rei hiſtoria, Illuſtris ęgrotans ei dixit, Quo nam pacto tu qui te ipſũ ſaluare nequis, me & alios ſaluare poteris? atq; eum inanem dimiſit: Ita nos illud idem dicere poſſumus de Examinatoris lucerna, qua alios illuminare ſpondiderat, quũ ea ſibi lumen preſtare nequeat, quomodo aliis? Verũ de ipſo nihilq; de confederatis eſt quòd admirer, quũ omnes hi ab auſpicatu huiuſcæ nauigationis per oriens carpere debuiſſent, ſicq; fœliciter ſibi ſucceſſiſſet, contra per accidens id potius elegere: Hinc ſcopuli, hinc ventorũ flatus, tempeſtates, ſumerſiones, ut nil aliud ſibi relictũ fuerit, quàm deorũ & hominũ implorare auxiliũ: tanti mali autem cauſa fuit, quòd tertiam illam negarunt naturam, quæ herclè ſecundũ plus in morborũ principiis reperitur: Quamobrẽ nos ab oriẽte noſtrũ iter auſpicantes, ab hoc preſertim corruſcãte ſidere tertiæ quidem ſcilicet huiuſcę naturę, cũ noſtra ſanè mediocri lucerna, omnia uada, omnes ſcopulos, facile ac tutiſſimè pertrãſiuimus: Atq; ſic probè moniti fuimus, quòd ſi in morbi principio turgeat humor, ut ſtatim ſecundùm totum purgetur, & eadem quoq; die vel ſequenti dicit Galenus, quo planè tam modico tempore ab Hippocrate ordinato, non ea quidem ſupponitur facienda corporis pręparatio, ex quo non id fuiſſe regimen præſuponitur à quo huiuſmodi prępparatio expectanda foret, quę tam enixè, uelut per inſomniũ inquiritur, iſta namq; (ut diximus) ſua propria vitæ regimina inſequuntur. Nempè quę horũ vtrũq; præcedũt, non eadem

Hiſtoria Medici ægrotantis labe Gallica, à qua alios ſeruare profitebatur.

non eadem quidem pręciſe exiſtunt, Ex quo in non crudo non id pręſuponitur fuiſſe regimen, quale ipſum crudũ ſimpliciter expoſtulat, quinimmo plurimũ diuerſa exiſtunt; proinde nil mirum ſi ſubſequẽtes effectus ſint diuerſi: Profectò lõgè deterius arbitrãdum fuiſſe regimen, quod crudũ ſimpliciter parauit, quàm quod ipſum non crudũ ſeminauit, & ſic in expellendis humoribus maiorem quidem difficultatem inducit, quàm illud quod ad nõ crudi generationem concurrit. Siue modo huiusmodi difficultas ratione modi ſubſtantiæ, & uiarũ ſimul, ut in craſſis, & lentis exiſtit, ſiue ratione ſubſtantiæ, & non uiarũ, ut in extremè tenuibus, quę nec trahi, nec expelli poſſũt, ipſis meatibus ac uiis ſemper ſaluis manẽtibus, Totũ igitur ex habito pręcedẽti regimine pẽdere videtur, nã tales quoq; ac conſentanei ſubſequuntur effectus, ac humores. Etenim ſi regimen ad non crudos & furioſos per eius naturã diſponebat, tales quoq; reliquit diſpoſitiones, ut libere per corpus moueri poſſent, & non ut pro uiis preparatione ſtudioſa indigerent; quòd ſi in craſſis & lentis quis pertinacia adhuc uti uellet, in calidis & tenuibus ſaltẽ uti ea nõ poſſet: Prętereà quo nã pacto tantũ intercidit tempus in huiusmodi turgentibus, quòd nõ pręparatũ pręparari poſſit corpus; ideo quàm primũ Hippocrati furioſitas innotuerat, uniuerſam ſine mora euacuationem feſtinabat, ſecus malè cũ ægrotãtibus actũ fuiſſet, ſi ob corporis impactionem aliqua temporis iactura interponenda eſſet, Hoſtis enim arcẽ interim inuaſiſſet, atq; de uictoria ac de ſalute proclamatum fuiſſet: Quare dicat Galenus in hoc ſupra Hippocratis dictũ quic quid uoluerit, Mihi planè hoc eius inuentũ nullius prorſus momẽti uidetur, & illius ſanè hominis curioſi, qui nodũ in ſcyrpo quęrit. Ego quidẽ nullã aliã uideo neceſſariã pręparationẽ furẽtibus humoribus, niſi quod ſic ſe habẽtibus, retẽto uentre, clyſteri mollitiuo ſubducente prius & cõfeſtim aperiatur. Sic igitur ex humili noſtra lucerna lapſus quos Examinatoris iubar oſtendere nõ potuit, perſpicuè apparent, diuerſis nanq; ab eo nõ perſpectis cruditatibus, facile fuit, ut nõ uideretur quòd euacuatio in morborũ principiis tutè fieri ſecundũ plus poſſit, quia quũ forte cruda ſimpliciter tunc fuerint (licet id raro ſit) tũc faciẽda nõ eſſet, nec eo tũc caſu Hippocrates cõcederet, quia tũc ea ſuccederẽt incõuenientia, quę à Galeno, & ab aliis enarata fuere, & ſic ea cõmittitur fallacia, quę à ſecũdum quid ad ſimpliciter exiſtit: Poſſũt ergo nõ cruda euacuari ſaltẽ ſecũdũ partẽ, ſed quę cruda ſunt, neq; ſecũdũ

Quòd nõ neceſſaria ſit præuia illa præparatio corporis ad euacuandos furioſos humores.

partem, neq; ſecundũ totũ euacuari queũt; Eadẽ quoq; noſtra ſe-
mita clare ſcimus, cur nõ cruda ſolũ ſecundũ partẽ euacuamus, nõ
autẽ ſecundũ totũ, Et cur potius inquieta turgẽtia ſecundũ totũ à
principio euacuari poſſint, nõ autẽ quieta, licet ãbo ſic in principio
accepta, nõ cruda ſint. Itẽ cur quę cruda ſimpliciter ſunt, minime
turgere poſſint, Quæ uero non cruda exiſtũt, aliquãdo huiuſcę
qualitatis capacia ſũt: Itẽ apparet, quàm ꝓbè ſic cruditatẽ diſtin-
guentes Hippocrates ſuã faciat exceptiuã, cognoſcẽtes à quo in
quo eã cõprehẽdat; Quę omnia Examinatorẽ (ut neceſſaria) cõ-
rẽplari opus fuiſſet, ſi huiuſcæ rei ſcopũ attingere uoluiſſet. Nã nõ
ſatis illis eſſe debet aduerſus nos ſemper arguere, atq; id cõtinuẽ
nobis obiicere, quòd Galenus ſecus quàm nos loquatur; Hoc
enim penes me antiqũ eſt. Verũ ſicut ego ſuis omnibus arguméra
tionibus reſpõdere ſtudui, pari quoq; ſtudio agere deberent, & nõ
faciẽ à noſtris auertere rationibus, ſi ꝓ ueritate diſputationis iura
ſeruare volũt. Porrò ſic noſtris iã dictis nõ ita arduũ erit illũ eui
tare ſcopulũ, dicẽtẽ, quòd ſi materia in principio fuerit, & cõſequẽ
ter cruda, quę tamẽ ad aliquod moueatur mẽbrũ, ut ad gutur, vel
coſtas, quid nã agẽdũ, uel nõ? Facile nimirũ ſecũdũ Hippocratẽ re
ſponderi poteſt, nã uel materia eſt cũ sãguine, uel eſt ab eo abſolu
ta, ſi primũ, ſanguinis miſſione eſt agẽdũ, ſi uero ſecundũ, pharma-
co quidẽ purgãte, nã ſi ſpõte à natura ad aliquod mouetur mẽbrũ,
cur ab ea & à pharmaco ei manũ prębente ut ad excretionis loca
pellatur, nõ mouebitur, ex quo huiuſmodi materia quę ſic moue-
tur, cruda quidẽ nõ eſt, quũ potius nõ cruda exiſtat. Nã illi hercle
qui placito ſuo mediũ negãt, ſibi foueas faciũt, ac ſibi ipſis retia tẽ-
dũt, quibus ęgrotãtes deniq; pereũt. Neq; ſic dicẽtibus Hippocra
tes in principio ſibi vllã euacuãdi licentiã dediſſet, veluti cõtra no
bis rectius dicentibus eã cõcedit, licet in vniuerſaliori cõmentario
aphoriſtico (ut diximus) ad nullũ auxiliorũ particulare & cõſulto
quidẽ deuenerit. Sed in ſecũdo de ratione victus in acutis, minus
uniuerſali & ad particulares morbos cõtracto largã eorũ (ſecun-
dũ quòd opportuerit) cõceſſerit authoritatẽ, ut in ſeparato humo
re cũ ſeparato, & in cõiuncto cũ utroq; cõiuncto. Neq; illa Exami-
natoris fuga irrationabilis úquàm audiẽda, quòd in fluxu materiæ
à ſanguine ſeparatę, ad gutur, uel ad coſtas tẽdẽtis, ut etiã venę ſe-
ctione materia exiſtente cruda uti, & nõ pharmaco poſſumus, ob
humorũ cruditatẽ, Sed quòd eiuſmodi ſanguinis miſſio nõ ratione
quidẽ purgationis, at cohibitionis potius cauſa facienda ſit, cuius

hercle

hercle (ni fallor) uanitatem monstrauimus, Atq; Auicenę cõtrarium sensum ostendimus, dicentis, quòd ad aliquem morbum parati, dum forte materia in uenis sub forma (ut aiunt) causę antecedentis existit, plus securé venę sectionem concedere possumus; Sed quum in eis inciderint, in earum principio inquit, Non fiat phlobotomia penitus: & ita nec via cohibitionis, nec purgationis, facienda est: Modo parcat mihi is doctor, quia (ut supra dixi) Auicenę, eiusq; rationibus magis credere uolo. Vt autem in ueritatis candore nihil obscuri, nihilq; sordidi vlterius remanere habeat, Superest unum adhuc contemplari, de quo inter cætera, ab Examinatore docere (& studiosè quidem) desiderabam, id potissimum est, quod de Hippocrate dicit, quòd si ipse in principio purgationem fieri in secundo de ratione victus in acutis asserit, hunc huiuscę rei dumtaxat specialem esse locum, quum tamen ipse met tot ac tantas per cathalogi semitam illustrium authoritates registrauerit, Quę omnes à purgationibus curationes inchoãt: quod si sic, quòd ab Hippocrate & à cęteris ita curationes exordiantur, Parte alia cruditas principiis omnibus obnoxia eas impedire habeat, Quis nam difficilis nodus? Quod uè ęnigma pené insolubile nobis occurrit? cuius nimirum solutionem cum ab Examinatoris lucerna uiam habere non possimus, Nos ad Hippocratis aram iter conuertamus, dicentes, quòd in quocumq; morbo, in omni humore, & in vniuerso humani corporis ventre, In principiis semper humores cruditate dispositos sensu reperimus, secus id principii tempus non esset. Et hoc ne dum est Hippocratis, sed Galeni dogma. Verum cruditatem ipsam in indiuisibili non consistere, superius difusè probauimus, quinimmo maiorem, minorem vè reperiri; Sed quia in omni genere est tandem ad extremum deuenire, vltra quod nil aliud est accipere, & ita esse in cruditatibus arbitrandum est (quęq; illa sit cruditas) quę, si de iis fuerit, quę in extremo sint, cuiuscũq; prorsus euacuationis expers est. Et quoniam tria ad minus sunt humorum crudorum genera, quę vel humores sunt, vel ad humoris naturam reductilia, propter illos veré & simpliciter crudos, qui ab humoris natura recessere, ac degenerarunt, quum amplius fluere non possint, Quorum primum verbi gratia per tenue crudum sit, & id vocetur. F. aliud vero per crassum, & sit G. Tertium vero per viscidum, & sit. H. quorum generum singulum

Quomodo Examinator inquit quòd locus Hip: 2. re: acu: specialis sit, q; purgatio in principio sit facienda, quũ tamen Gal: cum tota medicorũ Scola cõsẽsu Platonis & Arist: dicat, quòd inchoandũ sit primum ab euacuatiõe totius, Quomodo autem hoc uerificari possit quòd in principio non sit euacuandum, parte alia quòd sit euacuandũ secundũ omnes, et cruditas sit indiuisibilis, soluat Examinator, et ostẽdat quomodo cõtraria nõ dicuntur de eodem.

Quomodo nos utrũquè saluamus ex Hip. q; in nullo morbo, ĩ nullo humore, in nullo uentre nos euacuamus, & etiam ĩ omni morbo, in omni humore, et omni uẽtre, quia subiecta pro eisdẽ nõ supponunt.


Per tenue
Per substantiam
Crudum
Per se
Per accidens
Per se
Per accidens
Per se
Per accidens

mundus à tali errore nos ſaluare poſſet, quandoquidem propoſitiones de eiſdem terminis, ſupponẽtibus pro eodem, uel pro eiſdem, quarũ vna ſit affirmitiua, & alia negatiua, neceſſario ſibi inuicem contradicant. Nihilq; mentales illi reſpectus in Galeni mente vel alterius ſuffragari queunt ad contradictionis implicationem auferrendam; Ex quo orationes ab iis quę ſunt in mente uim non capiunt, ſed ab his quę in re ipſa exiſtũt, dicente philoſopho. Ex eo quòd res eſt, uel non eſt, oratio dicitur vera uel falſa. Profecto abſq; quòd hoc purũ ſit inſomniũ, eſt res etiam ipſas ne dũ terminos malè miſcere atq; confundere, id quod ad eos non ſequitur, qui Hippocratica ſequuntur dogmata, cum quibus aſſerendũ, quòd in vnoquoq; genere datur sumè crudũ, & datur illud crudũ ſecundũ quid, quæ duo (ut dictũ eſt) inter ſe ſic ſe habẽt, vt unũ natura abhorreat, & niſi ut terminũ proſpiciat, ac ab eo quo plus poteſt particularis natura refugiat, aliud uero vt familiarius diligat, & in quo frequẽtius verſatur; quapropter nihil mirũ ſi curationes ab euacuatione ſecundũ partem incipiant, tamquàm à recto, rariſſimè verò à coctione in eo crudiſſimo, tamquàm ab obliquo, ac monſtruoſo eo in caſu inchoando; quę omnia quũ inceſſui naturę conſentanea exiſtant, & ex ſacris quaſi per oraculũ Hippocraticis cortinis emanauerit, quis tam uecors, tamquàm rationis expers, falſum ac erroneum hoc eſſe ſuſpicabitur? Alius adhuc Examinatoris ſupereſt labor circa prædictos tenues ac ſeroſos humores, in quibus vnũ proponit caſum, illos ſcilicet accipiendo, qui ex ſe quieſcunt, quibus cruditas ſecũ coniungitur, quid nam eo caſu agendum ſit, inquirit: Atq; dicit, eos nequaquàm purgandos, ſed ſi cruditatis loco coctio ei ſubſequatur, promptos ad euacuandum nos eſſe debere. Nempè crediderim ego, quòd doctor hic maiori cum laude dubium hoc atq; eius ſolutionem tacere poterat; ſed poſtquàm ſic effatus eſt, bonum quippè fuiſſet, ſi nobis in primis declaraſſet, Qua nam uia coctio in huiuſmodi tenuibus efficiatur; Ex quo dũ de coctione ſuperius ageretur, dixit, omnes hac in re hallucinatos fuiſſe, illos preſertim, qui craſſatione tenuia coqui crediderint, ignorantes, quòd huiuſmodi calle viæ ac membrorum meatus occluderentur, impactęq; redderentur; proinde ſi ea via non bona eſt, multum quidem preſtaſſet, ut ſi non craſſatione agendum, antiquorum more, qui glutinoſis, pultibus, gummis, & reliquis inſpiſſantibus id agebant, nos adminus docuiſſet, qua nam via id opus

Quàm prauus ſit Examinatoris error, quòd tenuia craßatione non coquantur, dicatq; omnes in hoc hallucinatos fuiße, quũ ipſe in hoc oculorũ aciem amiſerit, atquè eius ratio infantilis eſt.

opus conſultius ſiue meliori conſilio aſſequi poſſimus. Porrò qui ſic per tenue crudi fuerint, atq; humoris fermè naturam amiſerint, & ad tam paruũ eſſẽdi modum redacti forent, ut eos nec capi nec uehi poſſint, id nimirum agendum proportione, quod in contrariis efficitur, qui ſi præ craſſitie per canales duci nequeunt, niſi ad certam menſuram reducãtur, ex quo (ut dicit philoſophus) Omniũ natura conſtantium determinata eſt ratio magnitudinis, paruitatis, & augmenti, vt agere pati vè poſſint, ſi inquam aliquod nimis craſſum fuerit, vt per meatus duci non poſſit, attenuari quidem debet, non ita tamen agendo, vt ad talem paruitatẽ minuatur, quòd incapibile prorſus reddi debeat, ſed vt potius temperatam habeat ſubſtantiam, à qua nimirum vię non infarciũtur, ac oplentur, vt humores deinde per eas exire nequeãt eodem modo dicendum de humoribus tenuibus, qui non ita craſſandi ſunt ſupra medium, quo viæ obſtruerẽtur, ſed vt temperatam adipiſcantur ſubſtantiam, à qua nimirum vię non ita infarciuntur, vt humores deinde ſic exire non poſſint (vt credit Examinator) Alioquin eſſet indiſcretum imitari ſeruum, iubente namq; Domino, vt ſecum ita proximus non ambularet, ni magis ſocius quàm famulus eius uideretur, ſed quòd aliqua diſtantia ab eo moueretur, ipſe deinde per .xl. paſſus ſe ab eo illico ſeparabat, ſi vero mox eum proximiorem fieri maluiſſet, en quòd eius calciamenta è calcaneis dettrahebat, ſic pariter hoc in caſu euenire mihi uidetur, dicere quòd craſſare non poſſumus, niſi impactionem comittamus, ſic enim hoc eſſet indiſcretum imitari ſeruum: In accomodato igitur ſenſu intelligendum, quando nos humores extremè crudos coquere uelimus, quòd eorũ ſubſtantias uerſus medium & non uerſus aliud extremum ducamus; qua re quod timet Examinator, nos facilimè euitamus. Neq; Examinatoris motiua cũ tota eius claſſe in Galeni authoritate fũdata officiunt, quũ quinto prorethici inquit. Nempe in quo uis morbo aluus profluens ſine quidem coctionis ſignis, quę ſępius audiuiſtis, nihil iuuat. Addit & aliam rationem, quia in principio humores obſequentes non ſunt, minusq; ut aphoriſmorum prima idem dicit, naturam tunc adminiculantem habebimus. Profectò ſi hæ rationes quicquam ualerent, nil contra nos proficiunt, ſed potius aduerſus Hippocratem ita prȩcipientẽ: demum ratio a quinto prorethici deſumpta, uim á topico argumento ſumere uidetur, puta à maiori arguendo, apparet enim in eo ſuſtentari, quòd

ſi quę in

ſi quæ in principio à natura euacuationes efficiuntur, vtiles non ſunt, quanto minus quæ ab arte? Hęc illa eſt ratio in qua Examinator ut in Achille ſe fundare videtur, cui nos pro viribi reſpõdere intẽdimus, Ariſtotelem pro poſſe imitando, qui veluti accipiter viſa preda nõ ſtatim ad eam (ut cæteræ ignobiles aues) ſe conuertit, Sed potius primũ ſe auertit, moq; altius volans recto quodam velociſſimo curſu eam inuadit: hunc igitur ſeruando morem, Aduertendo dico, quòd in naturæ actionibus & artis, non vna atq; eadem eſt agendi ratio, Natura namq; ad ſuũ determinata limitataq; eſt finem, quæ ſuo cũ ordine quantũ poteſt probè operatur, Verũ ars ipſa à propoſito agens quũ ſit, maturo quidẽ conſilio naturæ opus inceſſumq; ipſius contemplatur, atq; eius vires probè metitur, cuncta graui cũ prudentia gubernans, qua diligenter effectuũ cauſas perquirit. Atq; pro explorato ſemper habet, quòd quæ magnæ exiſtunt cautę (prauæ quũ fuerint) magnũ quoq; languorem pariunt. Prętera Natura habito uiriũ tenore, morbi magnitudinem, ac inter ea proportionem agnoſcit, demũ ſummo cum ſtudio humorũ inſpecta qualitate an de his ſint, qui educi poſſint, Qui ſi ſic fuerint, vt de his ſint qui quo quomodo educi poſſint, morbo timore non uacante, Medicus ſui contrarii partem tollere ſattagit, ut virtus ſupra morbum maiorem deinde proportionem adhuc acquirat, ut mox victoria tutior inſurgat: Præter hæc is prudens ad alia quoquè ſe accingit, nam pro tam pręſtantiſſimo agendo opere optimo cũ Hippocratis pręcepto, opportunius aliis omnibus temporibus principii horam eligit, propter eas quas Galenus aphoriſmorũ ſecunda ſectione adduxit cauſas, quarũ meliores (ut ſemper dixi) inuenire non poſſemus. Amplius pharmaci, & quidem proprii, ac ſummè conuenientis idoneam quantitatem determinat, quæ ſatis habiliorem partem, & non vniuerſas in eo morbi tempore tollere, reliquũ non conturbando, vt Hippocratis pręceptũ ſeruetur: Quòd ſi modo natura ipſa ſecus ab eius more eq; in principio, vt ars agere voluerit, nulli dubium quòd hoc & via cauſę, & uia ſigni malum, & non leue prętendat; Habet enim natura eius propriũ ritum, & inceſſum, uidelicet coquendi primus, & ſecernendi, poſtremò eucuandi, quòd ſi prepoſtere alioquin fortaſſis operetur, hoc eſt quia à morbo incitatur, ac uincitur, qui ei habenas ſubtrahit. Quũ igitur huiuſmodi naturæ expulſio proprios eius exeat limites, igitur potius à morbi uiolẽtia prodire arbitrandũ

Quòd Ariſtoteles ſuo alto uolatu ſic ſe habet ut accipiter ad predã, & nõ ut ignobiles aues.

Quòd non idem ſit ritus naturæ & artis.

Quòd non idem protendit naturæ intempeſtiua actio, & quæ artis, nam quæ naturæ arguit uiolentiam ſibi illatam, quæ uero artis prudentiã & conſilium, & q. è ſpecula uidit diſcrimen.

arbitrandũ eſt, quamobrem eiuſmodi extemporanea euacuatio nihil hercle ſibi iuuamenti præſtare ualet; qua ratione Hippocrates dicit, eiuſmodi euacuationes abſq; naturæ regimine factæ plus opprimunt, quàm iuuamento ſint, ex quo uirtus inde potius flaceſſit, quàm quòd alleuietur. Item quũ is procedendi modus naturæ moribus congruus non ſit, ſic uia ſigni malum protendit.

Quòd ſenſus in principio oſtendat in principio humores nõ crudos obſequẽtes, quo ad eam ſcilicet partem, quæ cocta eſt nec ars ab Hippocrate tradita nõ ualt niſi partem, non totum.

Quod vero ulterius Examinator cũ Galeno dicat, vt nullo modo in principio euacuandũ ſit, quia humores obſequentes nõ ſunt, & naturam adminiculantem non habebimus, Huic dico, quòd ſi adminiculantem non habebimus, nec adminus aduerſantẽ conſpiciemus, Iccirco cũ inſtrumento conſolato ac proprio, & in debita menſura exhibito, habilioré dũtaxat partem, & non totam ſubducet, quę ſanè res non á me dũtaxat, ſed à præclaris præceptoribus meis declarata & experta infinities fuit. Teſtor tamen per deos immortales, quòd ubi rẽ melius ac fœlicius apud aduerſatores ſuccedere uidiſſem, omnes quidem Hippocratis & Auicenę, & aliorũ conatus deſpexiſſem. Ex quo sẽſus hercle ſciẽtiarũ, artiũq; omniũ radix eſt: Et qui eũ negat, non diſputatione quidem eget, Sed ut dicit Philoſophus illo priuari debet ſenſu, qui enim ipſum propter rationem dimittit, non illũ quidem diligit ſenſum, quanto minus, ſi id propter alicuius authoritatem fecerit, & illius preſertim hominis, qui in huiuſmodi ſibi ipſi contradixerit? Quũ ergo totũ oppoſitũ longa quidem experientia audierim, uiderim, & manibus tetigerim, ſcilicet humores in principiis congruis pharmacis tentatos obſequentes, & naturam minimè reluctatam fuiſſe inſpexerim, Non potui hũc tam peruerſum, tamq; execrabilem, non dicam curandi, ſed interficiẽdi modum, non inquam potui non maledicere, ac eum deuouere: Quãobrem illum ſolum prudentem uocabo medicum, qui à morbi principio cauſarũ magnitudinem perpendens, naturęq; uires cũ morbi intenſione conferrens, ſuſpectamq; uictoriam habuerit, ſi ſtatim nõ totam morbificam materiam, adminus eius partem tollet, nam ſic medius fidius naturam reluctantem non inſpiciet.

Quòd natura ſe obuiam & expoſitam alleuiatibus reddat.

Quum omnibus natura conſtantibus inſitum ſit, quod profuerit illud inſequi, nocuum uerò fugere: & enim bruta oneribus preſſa alleuiantibus parent, atq; illico obuia, prompta, & expoſita ſe ſe prebent, ut leonis fiduciam, manſuetudinem, ac gratitudinem, non taceamus; Qui fugienti à domino cuipiam ſeruo per auia ac plurimum deſerta loca, in eius antro ob itineris longitudinem defatigato,

defatigato, caſu recepto, ipſo abſente leone, dormienti ſeruo en quòd leo ſuperueniens mugitu illũ excitauit, atq; ei anteriorem ipſius animalis, non dicam pedem, ſed manum ſpina infixam ac plurimo dolore laborantem, obtulit; Qua à ſeruo hoſpite extracta, contentoq; viru expreſſo, dolor & omnis quę in ea mala erat affectio ſtatim ceſſauit. Quanta nimirũ, qualis vé à leone in hominem gratitudo deinde fuerit, non dicam, ſed hoc non tacebo, quòd talem frequenter ex homine ad hominem videre mihi non contigit: Huius tantæ rei Hiſtoriam apud authorem uidendam relinquo. Vt autem ad propoſitum reddeamus, crediderim enim ego naturam humanam leoninę inferiorem eſſe non debere, quòd ſi in aliqua indiuidua natura aliquando ſecus appareat, ipſaq; bene agenti, repugnaret (vt hoc eis condonemus) nec ob id à bonis inceptis deſiſtere debemus, ſicut hominem aliquãdo ab aquarũ gurgitibus per violentiã capillis extrahimus; Prudentia enim, atq; humanũ cõſilium vt ab auſpicatu diximus, modicum aliquãdo admittit malũ, vt bonũ aliquod aliud maius aſſequamur, vel aliud maius malum fugiatur, dicente Philoſopho, Modicũ ſanè malũ ad maius relatũ, pro bono quippe habendum: Laudanda ergo eſt mirũ inmodũ Hippocratis ſententia, quòd in periculis tempeſtiuè cũ alleuiatione & exoneratione diligenter prouideamus: Neq; ab hoc tam ſapienti ac bene conſulto propoſito, propter ratiunculas quas ſophiſticas Galenus appellat, nos diſtrahi permittamus. Ratio igitur Examinatoris quinto prorethici, nullius prorſus eſt valoris, nam alio natura mouetur agente, alio ars ipſa; Ex quo alię atq; alię ſunt attrahentes, & expellentes cauſę, Ideo in ea quæ medici, & in ea quæ naturæ, aliud atq; aliud eſt iudiciũ; Laudandum namq; medici intempeſtium opus, naturę vero nimis acceleratum, nequaquam, tãquam illud à prudentia, hoc autem à violentia emiſſum: Quamobrem Examinator à ſua ita ſuadente ratione deceptus eſt. Minus quoq; tam durus eſt ad ſoluendum nodus ille, quem aduerſatores pro impoſsibili arbitrantur, quòd in principio non ſecreta materia, videlicet parte cocta à non cocta, ut à pharmaco pars cocta educi non poſſit, ea non facta à natura ſeparatione. Porrò ſi quæ modo diximus hi proſpicerent viri, de medicamento proprio vim extrahendi habente, & quidem congruo, non autem de incongruo, veluti de calamitta, quæ ferrũ ad ſe & non lignũ trahit, vtraq; in naui exiſtentia, quod ferrũ neq; quomodocũq; diſpoſitũ traheret,

Gratitudinis leonis in hominẽ ſibi hoſpitem Hiſtoria.

Quod alia eſt euacuationis actio quæ naturæ, alia quæ artis, nam quæ intempeſtiua naturæ eſt à uiolentia ſibi illata, quia ſuum non ſeruat ritum, quæ uero artis arguit prudẽtiã & cõſiliũ.

Quòd excretio cocti à crudo, et mali à bono, alia quæ à facultate naturæ ſolius prouenit, alia quę ab arte, ſicut prius

prius dicebatur de intempestiua euacuatione, et d ea quę à natura et ab arte, excretio enim à natura est facta eius studio, nullo extrinseco attrahēte, sed mero ipsius studio, cupientis noxium expellere.

Quòd methaphora pro Hippocrate adducta, sit admodum rationi correspōdēs, et si nō sēp ut plurimū euētui respondens, quandoquidem actiones humanæ non semper effugiunt fortunæ ictus.

Concedimus aliqua fortunæ munere meliorem quandoq; sortiri euētum, quàm qui à prudentia prouenerit effectus, firmior tamen ac frequētior & eligibilior qui à prudentia.

traheret, quoniam aleo confricatū non traheret, ita quoq; medicamentum humorē sibi propriū peccātem, non quomodocūq; dispositū, sed eius coctam partem ad se conuertit, non coctam vero minime; veluti nec calamitta ferrū sic acrumine alteratum, vel saltem violentia, & magno cū periculo & labore attrahit; si inquam hi aduersatores ista specularentur cum Galeno, profectò non ita admirarētur, ex quo in naturæ rebus proprietates existūt, quibus conueniens ad sui cognatū mouetur, ac currit, veluti ad amatum & desideratū; proinde hoc ita durū & asperū sibi non videretur, cognoscerent vè, quám rectè prudens medicus ea agit, quæ discretus peritus ac iudiciosus nauta operatur, qui grauem tempestatem á longe prospiciens, oneratam nimium mercibus nauim, pro salute, earū partem in mare proiicit, vt reliquū tutius ferat: Optima quin etiam atq; admodū congrua illa fuit minorantium methaphora, de animali nimio pondere grauato, per quam ipsi tam sanctū præceptū suadent, vt secus ab eo dicamus, quod impudēter ab Examinatore dicitur, quòd tam grande pręsidium facinus vocat, quod blasphemia mihi sanè videtur: Non autem (vt puto) acceptabiles illę sunt methaphoræ, quas Galenus ueluti per risum tertio de decretoriis diebus obtulit, quibus sui tanti magistri dictum (pro nefas) impugnare uoluit, de corruente scilicet simul cū onere in illius depositione: Similiter de imparato pugnante uicto, qui alioquin si paratus fuisset, fortassis uicisset; Non enim ignoramus nos, multa á fortuna regulata bonum aliquando sortiri euētum, quæ à prudentia consilio uè recta, aduersis uenientibus casibus, in prosperum non terminant exitum. Verum quis illam potius non eligit uiam, si uir grauis & eruditus sit, quæ optimo cum consilio & ut plurimum fœliciter terminat, quàm ea quæ dumtaxat fortunæ substat? Quæ si aliquando bene succedit, non sibi quidem, sed fortunę potius numini ascribitur. Adhuc Examinator quia optimi (ut dixi) animi existit, quędam cum charitate consilia annectit, ut quando in principiis euacuandum, & quando non, probè sciamus. Inter quę dicit, quū febris aderit uehementia, ab euacuatione abstinendum esse. Hoc autem potissimū Hippocratis authoritate in libro de purgatoriis medicamentis affirmat, qui non uult ante. xiiii. diem purgatorium medicamentum exhiberi, de qua sanè re, Hippocratem pro temporū suorū conditione optimè loquutū fuisse dico; quòd si magnitudinis morbi

ratio ad

ratio ad euacuandũ ſuaderet, inſtrumenti tamen defectus oppoſitũ dicebat; Et quòd uerũ ſit, non faciamus ut leues, qui in authoritatũ foliis ductaxat uerſantur, neq; eorũ animum ultra ueſtiunt, videamus inquam eius dictum, & eiuſdem rationem, & ita Hippocratis cor intimius cognoſcemus; dicit enim aphoriſmorũ prima, In acutis paſſionibus raro, & in principiis pharmacis utendũ eſt: Hoc planè dictum rationi rectę correſpondere habet, quam Auicena à longe uidit; non enim dicit, quòd ab opere cõuenienti deſiſtere debeamus. Porrò quomodo hoc à ſapienti uiro proficiſci poſſit, non uideo. Non enim iſta ſe ſe bene conſequuntur, uerbi gratia, fortis eſt hoſtis, ergo arma deponamus; ſed contra potius ſequi habet, uidelicet fortis eſt hoſtis, ergo non mala & incongrua, ſed aptiora, & idonea aſſumamus arma. Videamus modo quam rationem pro ſe Hippocrates parauerat, dicit enim quòd in ualde febrientibus carnes feruent, unde ſic medicamentũ à membris non trahit, ſed potius à maiori membrorum calore attraheretur, Ex quo ſecundum ipſum, attractio ſimilitudinis ratione efficitur: Quũ igitur humores acutã febrem facientes, & longè ipſo pharmaco quandoq; calidiores fuerint, & fortius ſemper debilius trahat, Ergo potius membra & humores inflamati traherent pharmacũ, quàm contra; & ſic ipſum non attrahendo, ſed potius ad membra attractum, ualidiorem quippe febrem accendet: Hoc Hippocratis nimirũ excogitatũ, ſui mihi diuini parcant manes, rancidam ac male olentem facultatẽ medicam referre uidetur, Quod hercle non eius culpa, ſed mera temporũ iniuria proceſſum eſt; Nempe de eo illud dicere poſſumus, quod in libro ſapientię dicit Ariſtoteles, ſi Phrinis non fuiſſet, Timotheus nõ fuiſſet: Nos uero dicemus, ſi Hippocrates nõ fuiſſet, Galenus nõ fuiſſet, Qui ſi nõ fuiſſet, Raſes & Auicena nõ fuiſſet, Et ſic deniq; arſ ipſa nõ fuiſſet, hi nãq; ſapientiſſimi dicti authores nerui ac ligaméta ſeu potius uniuerſę huius tã diuinæ artis regalia fuere mẽbra: Recte autẽ (ni fallor) ab operis huiuſ auſpicatu diximus, medicinam facultate eius origine imperfectã & nimium quidem rudem extitiſſe, attamen per tẽpora continuè maiorem expectaſſe perfectionẽ: Nẽpe ſi ego alia non haberem pharmaca, niſi quæ Hippocrates habebat, per Iouem non ſecus quàm ipſe docet, agerem: Arbitror quin etiam, quòd ſi ipſe illa quæ nos in præſenti frigida habemus medicamenta, non à ſimili, ac ſimplici qualitate maniſtè agentia, ſed à proportione, qualitate

manifeſta non exiſtente ſimili, ſed contraria, quæ ſanè in calidis morbis ne dũ ſic ſoluentia exiſtunt, ſed ſimul eorũ coquentia ſunt, arbitror inquam quòd ſi eius pharmaca aliquando pertimuit atq; poſtpoſuit, noſtra dubio procul cõmendaſſet, Non parũq; admiratus fuiſſet, quod calida non à ſimili, ſed à frigidis contrariis trahi poſſint, atq; non ſecus ac ſi Remorã tam paruũ piſcem, ſuarũ qualitatũ primarũ proportione vaſtam nauim à vẽtis pulſam, retardare videamus: Item ſtupefactorem piſcem in diſtantia (& quidẽ magna) à ſe ipſo per longã funẽ piſcatoris tamen manũ ſtupefacere. Huius igitur indubię ſententię eſſe volo, quod ſi Hippocrates iſthęc nouiſſet pharmaca, nec ſenſui nec rationi nec veritati reluctatus fuiſſet, ſed magnis cũ laudibus celebraſſet, veluti hanc artẽ diuinitate donatã mereri arbitramur. At mirũ de Examinatore cũ claſſicis, qui viderunt, & tetigerunt, & non crediderunt. Velintq; ſummo cũ deſiderio ad ſilueſtrẽ rurſus medicinã redire; ſicut contra, crediderim Hippocratis ingeniſſe manes, voluiſſetquè noſtrorũ temporũ vbertatẽ cognouiſſe. Rectè igitur Hippocrates ſic ſuis in tẽporibus conſtitutus, cũ calidis tantũ medicamentis in calidis febribus præcipit á calidis cauere, non autẽ dixit, á frigidis proportione attrahentibus, ſimulquè coquentibus, quę planè ſi à tanto authore non habuimus, in eius culpã (ut diximus) non reiiciendũ eſt. Poſtremo Examinator non parũ de Auicena admiratur, quòd in peſtilentibus cũ uentris ſolutione, & phlobotomia curare iubeat, cui Galenus capitulo .viiii. de ſimplici Medicina conſentit, vbi inquit, quòd eiuſmodi febres intus urunt, exterius vero placidę exiſtunt, cui Auicena conformis dicit, quieta exterius, interius conturbãs: Admirationis vero ſuę cauſam adducit, quia in huiuſmodi peſtilentibus humores venenoſi adſunt, & crudiſſimi & incoquibiles, quũ ueneni naturam ſapiant, quod ab Ariſtotele accipere potuit, dicente problematum prima, Venena incocti bilia exiſtere, quia ab hominis calore intranſmutabilia ſunt, quũ ab eo ſuperari nequeant, ſed potius ſuperatur, & ſic ea in hominis ſubſtantiam conuerti nequeunt, & hoc intelligo per ſe, & ſecundùm cõmunem curſum, quia forte cum modica ac paulatina quantitate, bezaartica qualitate coniuncta, in longo temporis ſpatio conuerti & familiaria forſan reddi poſſent, ut de puella Napello nutrita; longa namq; conſuetudine huiuſmodi ueneni ſibi conaturale factũ, eã non lædebat, ſed ipſa à uenenoſo alimento

Quòd Hippocrates ſit excuſandus, ſi in calidis morbis calida dimiſit pharmaca, ex quo ſimile additium ſimili facit ipſum furere, ſed eſt quia tepidioribus ac frigidis carebat pharmacis.

Quòd ratio Examinatoris, ĩ peſtilẽtibus nos uti nõ debere ſolutione uẽtris, nec phlobotomia, ga incoquibilis eſt, (ueneni cũ ſit) quod à calore naturali ſuperari nequit, ſed ſuperare ualet, paralogizat; quia ſi non eſt coquibile uno modo eſt alio: non igitur neganda eſt euacuatio in peſtilenti materia, quia hoc proprium habet, ut totam maſſã ſanguinis contamiuet, & omniũ hominum tẽperaturas afficiat.

alimento alterata, uicinantes afflatu interficiebat, quũ in napeli naturam tranſiuiſſet, dicente Ariſtotele, tales ſumus, ex quibus nutrimur: Tantũ ſit, quòd in certa ipſius quantitate, quod uenenum eſt, potius uincit, quàm quòd à calore uincatur: Verũ ſic dicendo, non eſt medicè quidem, ſed potius phiſicè ac naturaliter dicere, uenenoſos & peſtilentes humores incoquibiles eſſe: Dixi enim ſuperius coctionem non vniuocam exiſtere; qua propter ſi huiuſmodi humores incoquibiles ſunt, pro conuerſione in animal, non incoquibiles tamen medicè ſumpti; nam & ſi fortaſſis iſto etiam modo difficulter & raro coquantur, aliquando tamen iſto modo coquuntur, ac ſuperantur; qua propter Auicena dicit, ut plurimũ perdens, non tamen dicit ſemper, ſed ut plurimũ; Ex quo aliquando ſanantur, ſi prompta, ſi repentina curatio tentetur: & quòd verũ ſit, quod hoc certo quo nam pacto coquibilis exiſtat, patet, quia à natura uomitu, fluxu, bubonibus, & ut dicit Auicena ad altoi conuertitur: Si igitur omnibus his uiis à natura duci poſſit, & ab arte, cur dicimus iſto modo incoquibile omnino exiſtere? tam & ſi illa alia via incoquibilia forent, cur igitur peſtilens humor à principio & vltra poſſit eſſe, ſi non coctus pro conuerſione in ſubſtantiam nutriti, eſſe tamen poſſit non coctus, ſiue non crudus, pro expulſione. Et ſi ſic, cur non recte dixere, Galenus & Auicena, quòd in huiuſmodi cito interficiente morbo, Nos cito cum ſolutione uentris, & phlobotomia euacuare debeamus? Hoc unũ aduertendo, quòd in huiuſmodi peſtilentibus natura nimiũ oppreſſa atq; cõcitata reperitur, dũ malitia qua maior haud excogitari poteſt, quũ veneni naturam ſapiat, ſed multitudine perturbatione ac confuſione, Quũ habeat hęc ueſana malicia, tãquàm gladius in manu Dei irã uendicaturus, omnes quidẽ humores corrumpere, & illos reducere ad naturam humidatũ in latrinis & cloacis degẽtibus, ut dicit princeps Auicena: Qua propter maximũ & ſapientiſſimũ eſt eius conſiliũ, ut ſtatim corruptũ illud è corpore eiiciatur, mox in tãta humorũ confuſione phlobotomia copioſa optimũ eſt remediũ, ut Ego qui pluries caſu incidi prima mei uiſitatione, & aufugi relicto tamen conſilio uidere potui: Ea propter Auicenę iſtud quadrat remediũ, per eius uerba dicentia, Phlobotomia eſt cõmunis humorũ euacuatio multitudinẽ euacuans: Verum hic à reliquis ut huic cõmentariolo impertinentibus ſupерſedens, vnũ per tranſennam ab amico meo deſiderato dicã, quòd his iam factis generalibus dictis canonibus, ſi

adhuc laborãte natura, vt ſe ab hoſte tueri poſſet, ſiue ex pugna, ſiue ex ebulitione, ad cutim maculas rubeas, uiolaceas, demũ nigras, circa cor, & dorſum, ad modũ verberati & flagelati, ut ſolitus eſt dicere Princeps, non amplius his accedentibus phlobotomia tentandũ, ne quod malũ corruptum & ad longinqua ſecretũ eſt, cito rurſus intus reuocetur, Vt longa experientia nos docuit tale ingenium adducere interritũ: & eſt veluti id quod dicit Galenus in libro de ſani: tuenda, vlceroſam docens curare laſſitudinẽ, inquiẽs, per huiuſmodi venę ſectionem, corruptos ſanè ſuccos ad penitiora retrahi: Quam ſententiam Princeps affirmat quarti prima, in ſermone de morbillis & variolis apparentibus. Neq; remedium illud Galeni ibidem datũ de reiterata phlobotomia ad extrahẽdũ quicquã ualet, qm̃ virtus in his reiterationi nõ preſtat licẽtiã: pinde qui ſecus dicũt, ex quo actio ſimptomatica ſit, puto verba ſine experimẽto inania, qm̃ ita nec natura nec ars faceret, q̃ forte dimiſſa, & ad ꝓuocationem intẽta ad extra ſe exonerare poteſt, & ſic vincit quãdoq;, ubi cõtra ob multitudinẽ uincitur, & fortis ebulitio ſanguinem corrũpit, & per cutim vagans denigratur, humidũ enim buliẽs in nigroꝛẽ deſinit: Quòd ſi res ſic ſe habet, ad noſtrũ ueniens, Melius fuiſſet ut Examinator contradixiſſet, Cornelium celſum, Paulum, Aetium, ad Galeni & Auicenæ dogmata reducere, & antiquos illos cũ recentioribus magis expertis conciliare; Secus enim eſſet retroceſſum in ætatibus magis approbare, quod Ariſtotelico nõ cõſonat dogmati; ſic enim Galeni & Auicenæ ſtudia delerentur, & ipſi operam & oleũ (ut aiunt) perdidiſſent; quorũ ingeniis, qua ue doctrina, multi ſapiẽtiſſimi ac celebres uiri, ut Coradinus Bergomenſis, Girardus bolderius Veronẽſis, Bartolomei utriq; maior & minor, Patauini ex Mõtagnana, Calcerãdus Hiſpanus, Meiq; diuini preceptores, Ioãnes ab Aquila, Petrus Trapolinus grauiſſimus genoę pater clariſſimi tutoris noſtri, multiq; alii quos longum eſſet adnumerare, ſumma cũ religione utebãtur, ſuis operationibus fœlices euentus cõſpiciẽtes, Qui hercle penes ſe pernitioſas has queſtiones nequaquam habuerũt; Quę plus hominũ corpora, quàm bellorum clades temporum noſtrorum poſteris memorandæ, interfecere: Et de hoc ſatis, ad Dei Optimi laudem.

Quòd longe melius fuiſſet dicere, Examinatores antiquos reducendos ad Galenum & Auicenam ut ad conſultiores, quàm contra.

CAP.

CAP. Septimũ, quod eſt operis Epilogus.

h Hæc igitur ſunt quæ ab auſpicatu laboris noſtri promiſimus, ut Philoſophi morẽ probè ſeruemus, qui perpetuo in eius dictorũ calce illorũ ſummam per epilogi modũ conſtituebat, quod in ſermonibus demonſtratiuis præſertim (ut congruũ) facere Auerroes in libro de philoſophiæ principiis dixit. Nempe minorationem omnino faciendam in morborũ principiis de mente Hippocratis: Vidimus demũ compluriũ obiectiones in Hippocratis, in Galeni uerbis fundatas, Vidimus deinde non nulla & ſolida quidem fundamenta, per quæ vniuerſa ſophiſmata diluũtur: Itẽ Galeni inconſtantiã, hanc circa minorationem faciendam: Cuius rationes non per propria, ſed per communia procedere uidimus, quũ maximè de cruditate, & de principio, non niſi in uniuerſum docuerit, uidelicet quatenus cruditas, quatenus ue principiũ, & ut unico dicatur uerbo, in genere tantum ipſo, in quo ęquiuocationes latere certè ſcimus nos. Quod ne dũ validũ fuit argumentũ, ſed efficaciſſimũ teſtimoniũ, quod neq; ueritatẽ, minus q; Hippocratis mentẽ attingere potuerit; quæ etenim indiſtinctè ac perturbata confuſione tradũtur, ab intellectu hercle noſtro niſi veluti diuinando capi poſſunt, contra vero nos ſecus agentes, diſtinctè atq; accuratè pertractantes, tantæquidem veritatis, tantæq; mentis caſtitatem non defloravimus. At probè (ni fallor) eã candore declarauimus, vniuerſaq; ſophiſmata deleuimus. Ad Dei Maximi optimiq; gloriã, cui ſi quid boni ueriq; à nobis dictũ ſit, sũma cũ religione alcribẽdũ: Cuius miſericordia tãdẽ ab his inteſtis ac mortalibus quęſtionibus, nos liberare uelit, ac dignetur.

Peroratio ad lectores.

p Profectò non ſatis admirari valeo, quo nam pacto lectores præſtãtiſſimi, qui nobis tam iniuſtè aduerſantur, In ita difficilem, contrariam, falſam, obſcuram uè expoſitionẽ deuenerint, verã, neceſſariam, & omni ſplendore lucidã relinquentes. Quũ noſtra hæc, Intelligibilis, literę Hippocratis cõſonet, verbũ uerbo reſpondeat, nulla q; in naturæ rebus alteratio comittatur, ũde humano captui facillima redditur; Sicut cõtra, quæ oppoſita eſt,

naturæ

naturæ ſacraria coinquinat, dialecticę iura diſpergit, floridæ philoſophię radices à diis plantatas diuellit. Verum quod mihi amplius maiorem admirationem ac ſtuporem inducit, id potiſſimum eſt, quòd hi tam grauiter in mundi exitium aberrantes, Hi inquam ſoli in venerationem accedunt, His principes aſſurgũt, His honores, & laudes, ac reliqua fortunę acceſſiones conferuntur. In me autem, qui ſummo cũ ſtudio, diurnis nocturnisq; laboribus, ac vigiliis, pernicioſiſſimas humano generi inſidias deſtruxi, meoq; proprio non contentus iudicio, ſed diuini PLATONIS legibus in ædendis in lucem uoluminibus obtemperans, aliorum quidem cenſuras ſubire uolui: Quod planè ſanctum, ac rarum inſtitutum à priſcis illis citra à nemine ſeruatum, Me ſaltem foliorum ſertis ac florum coronis dignũ parabat; At harũ uice cõplures mortales in me inquam concitati fuere; Qui morſibus latratibus vè detraxerunt, vt nõ tantũ ego contemptui eſſem, ſed ut veritas ipſa deluſa calcataq; maneret, & ut deniq; vniuerſum atq; publicũ bonum ex toto abſconſum, exulq; prorſus efficeretur: Reliqua vero quæ mihi iniuſtè iniq; uè ſucceſſerint, Supprimo. Apud enim memores veteris ſtat gratia facti: Satis ſit, quòd ea quę dii norunt paſſus ſum damna, atq; iniurias, quę corrupti huius ſæculi mores inſequuntur: Quam ſanè rem prodigii (& maximi quidem) loco habendam eſſe cenſeo, Tam peruerſi tempeſtate hac noſtra hominum mores baccantur: Verum enimuero neque mea hæc parum dextera fortuna in me tantum excandeſcere potuit, ut erga ueritatem, erga mundum in me odium pareret. Quinimmo ut circunductus pro ueritatis deffenſione, maiorem rurſus plagam facere inſtitui.

VIVAT igitur noſter hic labor, ex honeſtiſſimis cauſis ortus, vt ex non modica erga homines charitate; Qui ex non mortalibus languoribus Medicorum incuria frequenter pereunt, atquè pręter eorum ſpem, eorumquè deſiderium immortales efficiuntur: Item ex pietate erga pręclaros pręceptores meos, Quorum animę in ſinu deorum perpetua fœlicitate uiuant, à cęcutientibus propria authoritate fermè iniuſtè ſpoliatos, ac ſi nos rudia, ac falſa docuiſſent: His nimirum de cauſis ex officina noſtra excuſſus eſt libellus. Poſſem ego (ni fallor) pro honoris, operisquè noſtri, non ad locos, non ad delectationem, ſed pro hominum ſalute æditi tutela ac diuturnitate, veluti Peligno Poetę facundiſſimo ac ſuauiſſimo à uatibus olim fuerat

nunciatũ,

nunciatum, Ea quæ ſibi ſcripſit Carmina, pari ſi non maiori ratione in meos vſus conuertere, Quum & idem á vatibus mihi etiam pronunciatum fuerit, Quũ dixit,

Iamq; opus exegi.

FINIS LIBRI.

Carmen.

Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetuſtas,
Quum uolet illa dies, quæ nil niſi corporis huius
Ius habet, incerti ſpatium mihi finiet æui.
Parte tamen meliore mei, ſuper alta perennis
Aſtra ferar, Nomenque erit indelebile noſtrum:
Quaq; patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, perque omnia ſæcula, fama
(Si quid habent ueri uatum præſagia) Viuam.

Diſtichon. Veronæ ortum.

Omnis Panitio contraria ſecta labori
Cedat, & hoc unum læta ſequatur opus.

Polliciani anima loquitur.

Tam lepidum unanimes hunc ornauere libellum
Phœbus, Amor, Pallas, Gratia, nuda fides.

In operis Commendationem Illuſtris Alberti Carreti ex Marchionibus Sauonæ Carmen.

Sunt qui commendent Medicos, uſusq; medendi
Auerſos Grauis (heu) peſtis, & Ira Deûm.
Interimunt, Lacerant, perdunt, ſpes nulla ſalutis,
(Proh dolor) Aegrotos ni iuuet ipſe Deus.
Carnifices iſtos confundit Maximus autor
Panicius: Paſſim corpora ne pereant.
Omnia tentarunt, poſſet ne hoc munere fungi,
Vt raperent: Diræ nec potuere Deæ.
Viue ſenex fœlix: ſcripta hæc poſt fata manebunt;
Viuet & Aeternum nomen in orbe tuum.

Illuſtriſſimorũ Doctorum tum Philoſophorum, tum medicorum Decreta.

Bartholomeus de Gaionis Veronenſis Phiſicus ac Medicus, Ludouico Panizæ Perpetuã fœlicitatem.

f acto prius cum omnibus ſilentio, quale nec Pythagorici quidem ſeruare potuiſſent, acceſſimus auidè pleriq; noſtri ordinis, Et qui literarum ſacra ueneramur, ad iocundiſſimam lectionẽ opusculi tui, Indeq; ò Mantoę Rei puplicę decus æternũ, Tanta lætitia affecti ſumus omnes, ut nec dici nec excogitari poſſit, in eo enim delectari & iuuari uel doctiſſimus quiſq; poteſt, nam doctrina quadam ſingulari ueteres ſed Hippocratem præſertim ab inferis reuocaſſe videris, ad apertiſſime ore proprio teſtandũ, te uerum fuiſſe eius interprætem, dum illorum refelliſ inſcitiam, quibus in facienda minoratione longe aliena mens eſt, eoſq; doces, in quanta rerum caligine uerſentur, unde mors frequentiſſime proficiſcitur: Ex quo deteſtabili errore, ſæpe plus eſſe ſolet à medico periculi, quàm à morbo: Qua in re te uideo excellenti virum ingenio, & animo, vt qui id non uideat, nihil omnino uideat: Vidimus acerimum iudicium tuum, Gaudentes te inſignẽ doctorẽ non in eadem eſſe alea & hęreſi, qua tot alii; Vidimus rarum & tam grande bonũ, quod inde artis noſtræ profeſſores à te ſperare poſſunt, quaſi à uenerando quodam diuini hominis ſimulacro, cui publicè ſerta ac thura debeantur, ut locupletiorem fœlicitatis euentum humano generi accedere non potuiſſe cenſeamus: Gratulor tibi ò publicę ſalutis amator, Gratulor doctis omnibus, Gratulor ſæculo; Tibi, quòd quamuis magnus à me ſemper habitus ſis, In hoc tamen quod procul excellit atq; eminet, maior quippe inuentus es, qui fuit Illuſtrium animi tui dotium fœtus admirabilis; Doctis verò, quibus hos theſauros, has margaritas elargitus es, vnde te eis multipharia doctrina cõſpicuum monſtrabilem q; rediditi, Quòd eorum oculos antea cęcucientes tanta claritudine ac ſplendore donaueris, & à te uerum ad ampliſſimos honores, ad ueritatis cognitionem, & deniq; ad ſanitatem redimendã iter ſuſceperint; Sæculo deinde, quòd ſibi ſit liber hic manuum monumenta tuarum, per quam iam ſtare audacter

audacter aduerſus uetuſtatē poſſit, & poſteritatem, cui pro uniuerſali bono piè conſuluiſti, & pluribus in futurum ſęculis prouidiſti, quaſi optimi parentis curam gerens, etiam poſt mortem; ſuperſtitioſam enim uanitatem alienæ mentis à te tamquam olim à Phœbo pythonicum uirus extinctū eſſe conſtat, ne tanta ambiguitate amplius hallucinari contingat, Nam res antea plena difficultatis, plena diſcriminis erat; ſed tu tamquam unus ex reliquiis aurei ſæculi Ioue miſſus ab alto, in ſtudioſis noſtri ordinis pacatiſſimam poſuiſti tranquilitatem, iſta adeò forti probatione tua, ut in poſterum nulla ulteriori certitudine indigeamus; Qua in re te admirari poſſunt omnes, inmittari pauci: Qui uero in ea maiorem deſiderat excellentiam, hic in melle ſuauitatē deſiderare mihi uidetur: Ideo ſi priſca illa LVDOVICE tuliſſet ætas, in qua pro meritis prędmia reddebantur, crede mihi, nō Deorum quidem honoribus caruiſſes; quandoquidem profecto nō ynus Hercules ſatis erat, contra tot ęmulos te ſuis aculeis infeſtantes, qui nimirum more gigantum eripere Cœlum Ioui tam fruſtra, quàm impiè moliebantur. Et tu tamquam fortiſſimus heros, ita potenter & ſtrenuè eos debellaſti, tuarum adminiculo uirtutum, Vt eo deuentū ſit, quòd iam ſecurum eſt in omni cōtrouerſia pro Paniza meo in tenebris quoq; dimicare; & nomen tuum cęleſti prędicatione digniſſimum, & cęlebris fama tua tam ſolida erit in futurum, ut nullo æuo interritura ſit, vna opera mortalibus omnibus uerè hactenus ægris vitam ſalutēq; conciliaſti, & æternam tibi gloriam pulcherimo hoc cōmentario paraſti: Nempe iſte piſcis paucorum eſt hominum, ut Scipioni dictum fuit; ſic libellus iſte paucorum eſt hominum, non turbæ, non uulgi, ſed excellentium doctorum eſt: Fateor ego quidem quàm primum hos uidi tuos dulciſſimos fructus, & amenos, tale ſuſcepiſce incrementum, ad ea inſcribendo me fecit audacem veritas. At ſatius puto, ut de Carthagine Saluſtius, tacendum fore, quàm pauca dicere, ob id etiam quòd à te ipſo tuo labore ſatis clarus es: Quamuis autem mea in te beneuolentia herculeo nodo iuncta ſit, unde tibi perſuaſum eſſe uelim, me ob fertiliſſimi ac facundiſſimi ingenii tui merita uirtutum q; tuarum tecum amoris fundamenta uinciſſe (citra omnem aſſentatiunculam) liberè, ſincere, & amicè, tecum ago, quem dignum putaſti vt pręclarum hoc opus tuum, prius quàm uulgariter, cognoſcendum ac diiudicandum traderes, oportet enim diſquiſitores uerum iudicaturos,

non inimicos

non inimicos eſſe, authore Ariſtotele: Et quoniam ueritas ſeuero admodũ ſupercilio ſemper enucleanda eſt, ob id(te plurimum inſtante) crebris pugnis reiteratis uè diſceptationibus acriter inuicem pugnauimus: Fateor(& ingenuè quidem)te meas omnes obiectas difficultates probè abſoluiſſe: Ergo iam beatiſſimas iſtas uigilias tuas ne diutius latitent, in publicum prodire ſinas, ſibi laxas habenas preſtando, Ne ſi cura diligentior adhibeatur, illud accidat, quod Phyſicorum quidam dicunt, humanis obeſſe corporibus nimis affectatam concoctionem. At unũ oro Paniza mi, Perge(quod facis)iuuare bonas artes, neque formides inuidorum dicacitatem, Etenim nunquam fortes egregii uè conatus inuidia caruere. Viue diu fœlix.

Franciſcus Facinus Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Guielmi Mantuæ Ducis, Montis Ferati Marchionis medicus, Ludouico Panizæ Philoſopho ac Medico Clariſſimo. S. P. D.

EX omnibus qui dudum & ingenio, & ſtudiis, floruerunt Ludouice Clariſſime, atq; cõmentationes aliquas æ diderunt, quibus uel utilitatẽ nobis afferrẽt, uel ſua ipſorũ fœcũdiſſima ingenia optimoſq; ex his partus æditos ut in omniũ admiratione eſſent, oſtenderent. Id eos præcipuè conſecutos eſſe cenſeo, qui in illuſtrandis artis medicæ dogmatibus elaborarunt, quòd ſolis his ab uniuerſo hominũ genere ſuæ ſalutis ac cõmodorũ gratia debentur, uera laus, uera gloria, & perpetua nominis memoria tribuitur; Quid enim præclarius, quid utilius, homo homini largiri poteſt, quàm ſanitatem? ſine qua nihil boni quicquam molimur, ſi amiſſa eſt, reuocare, ſi adeſt, tueri. Quod præſtare maximum eſt medicorum officium, & illis maxime hominibus, qui ægrè habent, & in uitæ diſcrimine uerſantur, Id quod medicæ facultatis munere acceptum ferunt, præſertim ſi ipſius placita ab optimis authoribus inſtituta recte deinde ac pie interprætati fuerint, Quemadmodũ tu unus omnium LVDOVICE clariſſime, cum aliis omnibus, tũ in hoc cõmẽtario de euacuatione per pharmacũ facienda in morborũ initiis luculentiſſime diſeruiſti. Quiq; à ueritate nunquam deflecteris, artis medicæ ſtudioſos ut peritiſſimus dux ueram methodum & inde ad ueritatem

ipſam ueluti in propoſitæ rei σκόπον dirigis, ſine qua ne medicus quidem ullus eſſe poteſt, opus quidem ſumma doctrina, & maxima arte perfectũ, quod ſane ubi in publicũ emanauerit, non poterit (me iudice) poſtquam me in cenſorẽ elegiſti, non ſemper laudari, ſi quidem & ſe dignas laudes ſecũ ipſum afferet, & plurimũ prodeſſe deprẽhẽdetur: Accedet prẽterea, quòd labores tui quos lubens ſtudiorũ cauſa ſubiiſti, Poſteris ne dũ nobis animi tui pietatẽ demonſtrabunt, & efficient, ut nepotes nobiſcũ ingeniũ tuũ & animi tui dotes admirentur, iſthæc ſtudia tua amplectentur: Verũ ne uidear aſſentari, miſſa hęc faciã, talẽ poſthac confidens tuam erga me perpetuã futuram beneuolentiam, uel potius uerã ſanctãq; amicitiã, qualis mea eſt, & sẽper fuit, in te pro uirtutibus tuis obſeruantiã. Vale.

Federicus Pẽdaſius Illuſtriſſimi & Reuerẽdiſſimi Herculis Gonzagæ Card. Mantuę Philoſophus, Ludouico Panizæ Philoſopho ac Medico.

S. P. D.

Non modo illa ſemp in te animaduerti, & ſum admiratus Ludouice clariſſime, quibus perfectiſſimus unuſquiſq; medicus ornatus eſſe debet, ſed ea etiam quæ conſtituendo, homini, qui ſit numeris omnibus abſolutus deſeruiunt, Siue ea ſpectarem quibus agendis uoluntas prẽeſt, ſiue quę ad contẽplationem faciunt, illa quidẽ non eſt quod cõmemorẽ, cũ ſatis omnibus tui animi integritas, prudentia, æquitas, liberalitas, perſpectę ſint nulli enim iniuriã inferendo, ſed amicorũ cõmodũ tuo met prẽferendo, ſingulis patefeciſti, quàm ſis omnibus his inſignitus: In his vero tantũ te incrementi ſuſcepiſſe cognoui, & eo uſq; cõtẽplando perueniſſe, ut ſi qua certa cognitio hominibus cõceſſa eſt, ea tu lętari, & ut propria fœlicitate frui poſſis; unde factum eſt, ut neglectis illis quæ à rerũ genitarũ Deiq; cognitione tua mentẽ reuocare poſſent, totũ te contẽplationi tradideris. Hæc omnia ut paulò ante dicebã, sẽper in te animaduerti ſumma, ſed prẽſẽti hoc tuo opere, non ſolũ meã ſed & omniũ ſuperaſti opinionẽ; Qui enim ipſũ diligẽter perlegerit, in eo rationẽ & modũ exacte ignota inquirendi, quęſita inueniendi, inuenta alios docendi, deprẽhẽdet. In hoc ſũma iudicii grauitas, miro ingenii

acumine coniuncta eſt, quę omnia firmiſſima ea eſſe quę à te tra-
duntur, perſpicuamq; iltã eſſe veritatẽ atteſtantur, quã ex hoc
libro tua opera Paniza mi vnicuiq; licet depromere: Hinc etiã
quanta liberalitate, & erga humanũ genus pietate polleas, di-
gnoſcetur, Qui nulli labori, nullis vigiliis, nulliq; ſumptui pe-
perceris, vt pleroſq; omnes tantorũ bonorũ participes faceres,
Sed neq; aliter poteras, Bonus enim re uera non fuiſſes, niſi quic-
quid bonitatis in te eſt, id totũ aliis cõmunicare uoluiſſes: Prę-
terea æquitatẽ, modeſtiam, & iuſtitiã, quę in te ſunt, non poſtre-
mas partes obtinere, erit perſticuũ; Qui licet opus hoc expeten-
dã utilitatẽ & exoptatã opẽ mortalibus laturũ per te ſcire poſſes,
aliorũ tamen iudicio ſubiicere uolueris, in quorũ numero me etiã
collocaſti. Qua de re mihi ipſi lętandũ eſt, non tibi, Meo enim
teſtimonio, nihil tibi authoritatis addi poteſt, mihi vero tuo, plu-
rimũ, quod me aptũ tuarũ vigiliarũ iudicem eſſe exiſtimaueris:
Ego uero ut iã quã me efflagitaſti ſententiã, poſt longã inter nos
habitã diſputationẽ, promã, Perfectũ adeo & abſolutũ eſſe librũ
hunc arbitror, ut non ſolũ illi opinioni, quã de tui eruditione ha-
bebã, & animi integritate correſponderit, ſed eam etiã longe ſu-
perauerit: Tibi igitur atq; uniuerſo terrarũ orbi plurimũ gratu-
landũ cenſeo, quod tua cauſa uita incolumi diutius homines frui
poterunt, atq; ea cõmodius & perfectius conſequi, quæ ſibi ipſis
patriæ & poſteris utilitati atq; decori futura ſint; cuius muneris
magnitudinẽ, ſi patria noſtra (ut par eſſet) perpenderet, tui
monumenta perpetua erigeret, gratęq; matris munere fungere-
tur, cũ pręſertim ſi hoc omiſerit, uix meo iuditio ingratę nomen
ſubterfugere poſſit: Quod autem ad me attinet, tam & ſi me eo
indignum certo ſciam, Maximo tamen affectus ſum gaudio, ob
hoc tuum de me iuditium, Et quod mihi non ſolum le-
gendi tuum librum occaſionem preſtiteris, ſed &
in iudicẽ elegeris. In numeras igitur tibi ago
gratias, & quũ tibi antea deberem plu-
rimum, nunc tamen ita deuin-
ctum eſſe fateor, ut deuin-
ctior fieri nequeam.
Vale diu fœlix,
Mei ſemper
memor.

Paulus Roccociolus Mutinenſis Mantuę ciuis
Ludouico Panizæ Philoſopho ac Medico
Clariſſimo. S. P. D.

q uum ex omni rerũ numero nihil ueritate antiquius, nec quicquã omnino præſtantius habeatur, Quæ una ſanè ad diuinitatem proximè accedat, & ad uitæ ſocietatẽ accomoda, hominem maximè conciliet homini, hanc tu impenſè quærens, & ſi unicuiq; ſua per bellè placere conſueuerunt philãticè tamquam peſſimi aſſentatoris illecebras haud immerito timuiſti; proinde non tuis rationibus tuoq; conſilio fretus, tuas lucubrationes aliorũ examini cognoscendas ac trutinandas prępoſuiſti, Quũq; in cenſores tuorũ laborũ me quoq; delegeris coaptaueriſq;, Pertimui ne mihi eo arbitrio magis aſcripſeris, quàm ſuſtinere ipſe vlla mea diligẽtia & ſtudiis planè poſſem. Nũc quũ opinioni tuæ imparẽ eſſe me ſentiã, nihil minus amore, & eo quod de me facis argumẽto mirũmodũ lętor, doleo tamẽ de quo diſceptatur merũ nõ eſſe Theoricũ, Nã quũ difficile ſit ueritatẽ agnoſcere, ubi inter doctiores de re quapiã cõtendatur, ingensq; diſcrimen ab altero exiſtere, quũ multa hinc inde ſubeunda ſint pericula, mei muneris eſſe duxiſſem, alterutrius dogmatis ytrũq; aſſertorẽ, (quod boni & neceſſarii officiũ eſt) ut quiſq; partã ſibi uictoriã & triũphũ, meo eulogio exiſtimaret. At quoniã ſpeculatio propoſita factiua eſt, cui parti opere adhęreã, illã ſcriptis quoq; ne mendax falſusq; uidear, comprobẽ neceſſe eſt; Nihil enim tã inurbanũ, tamq; indecorũ, tã immane, tã inuerecundũ, quàm literis mandare, uel effari, quę ſubinde actu ipſo non exequimur: Quamobrẽ quũ de me tantũ tibi pollicearis, ne elinguis penitus uidear, coruũ inter cygnos dulce canentes audias obſtrepentẽ: Qui & ſi tantus non ſit, ut tantorũ controuerſiã dirimire ualeat, Nihil tamen prohibet, quin ſuũ qualecunq; afferat, deponatq; ſenſum: Cõmẽtarios, Immo potius æraria tua de parca purgatione in morborũ principio ea diligentia & iocunditate perlegi, ut meę voluptati nihil medius fidius addi potuiſſet; inſtar enim curioſę apis de flore thymi ex hymetto mella colligẽtis inſedi, Quid mirũ? Opuſculũ floridũ, ſucculẽtũ, verbis partius, rebus plenius, multũ dignitatis, multũ eruditionis, ac priſcæ doctrinę continens, Aequalem Clariſſime Paniza veritatis amorem oſtendis, dũ alios reprobas,

dū alios reprobas, dū te ipsū tueris, dūq; uices incorrupti iudicis aſſūmis, Veterū ſcripta diligēter expēdis, ut amice magis ſiterpręteris (quod nos Galenus admonuit) quàm redarguas & hoſtiliter inſecteris. Parcā multę materię ſtatuiſti in principio purgationem, quod & totidem oſtendiſti claſſicorū authoritatibus, quæ quum ſępenumero lubricæ ſint, & optima ſit quę per naturales rationes fit exercitatio, illas primum exemplo, dehinc experimento, quod in omni arte magnū quid pręſtat, comprobaſti; Nam ſermones ueri experimento ſenſatorū Illuſtrioré nāciſcuntur euidentiā, Ratio enim & experientia (dictante Galeno) veluti iudicandi inſtrumenta nobis à natura comparata ſunt ad actionū uitę cognitionē: Nunc vero triplici uallo & pariete, & eo quidē adamantino, primā quidē circundans æditionem & abundanti præſidio reddis inuincibilem, ſpiculaq; à neotericis in te iacta contemnis, mirūimmodū repellis, in eosq; retorques, ac eorūdem dubitata nō ſecus ac Aedipus enodas, & diluis: Proinde nō ueluti transfuga, ſed ut diligens explorator in philoſophorū caſtra te ſępe recipis, ut per eorū lēmata poſitū tuū corroborans, euadas uoticompos. Quę omnia tibi adeo fauſtè fœliciter proſpereq; eueniunt, & arrident, ut me quoq; non ſolū alliciant, ſed uolentem, nollentemq; attrahant. Quapropter ſi celebres aduerſantes vllo pacto ab eorū inſtituto reuocari nō poſſunt, ſpe conciliationis iam conclamatā, Non poſſū quantū in me eſt, quin tibi aſſurgam, & adoream concinens, tuā approbē ſententiam, illiq; me ſubſcribam, ac ſemper uiridanti lauro Theorema tuū decorem; non immemor, quòd dudū hac quū in arena tecū aduerſatorem agens manus conſeruiſſem, ac tibi ſeueriori fortaſſis certamine quàm decuiſſet, Amicitiam, quæ diu mihi tecū interſit, debellatus manus dedi, receptuiq; canens, in ꝓpria caſtra me transtuli. Quamobrem ſi os cordi non diſſonum eſt, conſciētia uè quędam carnificina ſit mea prorſus inexcuſabilis culpa, & dignū uenia facinus, ſi uel ſpōte, uel alicui addictus niſi ueritati, in deos uel homines peccauerim. Quū duo itaq; maiora vbiq; prędicet Gal. auxilia, venę ſcilicet ſectionē, & purgationē, Hęc duo ingētia ſaxa nō qualis Siſyphus euoluiſti, pręclare ac inſignis Paniza, Sed ad apicē planiciēq; eduxiſti, ut inde nubes, nimboſq; deſpiciant, Anci pites enim sētētias huc attinētes adeo exactè declaraſti, ac penitus abſoluiſti, ut nō immerito quiſpiā te paradoxopeū apellauerit, nō tātū ob hæc præſidia, ſed ob præclariora ingenii tui, quę nunc digeris, & iam diu mihi cognita ſunt monumenta, quibus & tan-

te alumno fœlicẽ Mãtuã exornabis, maiorẽq; tibi indies & gratiã & gloriã cumulatã parabis, etenim exquisitæ rarę doctrinę laudẽ nãcisceris. Vale de literis benemerite senex auguste, qui quũ ruae donãdus, nõ modo intrepidus, uerũ etiã lubens in Hęsiodũ tanto pere à Galeno probatũ descendis certamẽ: Emoriar ni exorandus Aesculapius, si te in alterũ Virbiũ de quo Plato in cratylo nõ adoptet, Quũ ętatẽ Nestoreã degere dignus sis; Saluti enim patrię, & amicorũ summopere consulens, aliis potius (quod raro cõtingit) quàm tibi prodesse malis. Vale, Iterum atq; iterum Vale.

Cæsar Pendasius Ludouico Panizę
socero Suo. S. P. D.

Quum ex certissimis quibus in hoc tuo opere usus es demonstrationibus Paniza Socer mi obseruãdissime, satis omnibus persuasum esse possit, quantum speculatione valeas, & quàm uera ea sint omnia quæ in ipso cõtinẽtur præcepta, quòd lõga oratione id ipsũ pspicuũ facere cõtendã, nunc á me nõ est expectãdũ; eo minus uel laborãdũ est, ut tuã prudentiã declarẽ, teq; omni uirtutũ genere ornatissimũ palã faciã, quando hæc omnia singulis cõperta iã sint, prętãtissimis enim his muneribus quę pficiendis hominibus sapientes statuere, Illustris adeoq; eximius omnibus videris, ut emulatione uel potius veneratione te dignũ passim prędicẽt. Illa igitur tãtũ quę ego quàm plurimis aliis exceptis in te animaduerti, ac necessitudine, lõgaq; nostra cõsuetudine obseruaui, nõ modo cõmẽdabo, sed admirabor instituta. Quòd affẽtationis cuiusq; animorũ blãdiciarũq; omniũ cõrẽptor usq; existas, In simplicissimãq; veritatẽ, nullo fucatã studio, tã maximẽ omnẽ tuã operã impẽdas, ut hac sola tibi destinata religioseq; suscepta, nemini rectũ sanè scopũ aberrãti cõtradictionẽ iustè tamẽ ac cõmodè moliri peperceris: Quã equidẽ admirabilẽ animi tui magnitudinẽ solertissimis dumtaxat hominibus pspectã fuisse uideo, quũ inscitia reliquorũ maximo numero turba externis potius inanibus vẽ titulis sua reponẽs studia, coinquinare uitioq; uertere studeãt, tanquã in unumquẽque à veritate recedentẽ inuehi ausus sis, ut maiorũ nostrorũ quibus præcepta petuntur calumnia gloriã tibi cõparare instituas, parũ etiã grati animi erga te uirũ doctissimũ eundẽq; mei ornamẽtũ optimũ censendus forẽ, quãdo doctissimarũ lucubrationũ tuo exẽplo clarissimo has obtrectatorũ calumnias uel potius impudẽtias prorsus opprimere ualeã, nisi nauiter impẽderẽ, teq;

derẽ,teq; ſolius ueritatis anxiũ,eiusdẽq; plurimũ ſtudioſũ ãplius dignitaté uel gloriã expetere hominib⁹ planè aperirẽ,Si quę in lucẽ ꝓdere decreuiſti cõmẽtaria,equiſſima tua trutina ppẽdiſſe,ſedulóq; rimaſſe tibi ſatis nõ fuerit,Sed quibuſcunq; etiã diſceptãda ac diligẽtiſſime expẽdẽda tradideris,amplũ equidẽ facileq; iter tibi cõtradicendi omnibus relinquẽs,& ſi quàm plures alii præcepta ſua ludibriis iniuriis uè impudentiſſimorũ hominũ exponere nõ audeãt,prẽterea neq; eos qui tibi parũ arridẽt cõprẽſiſſe,ac uſq; quaq; ſuperaſſe,ut omnes in cõmẽdationẽ admirationẽq; tui animos atq; ora conuerterint,ſat feciſſe uisũ fuit,Niſi inſuper ne turpis inhoneſti ue aliquid (ut vulgus opinatur) tuis ſcriptis relinquatur,hęc etiã abſolutiſſima ac emendatiſſima antiquo Aegiptiorũ more ſeuerioribus iudicibus cenſenda cõmitteres:Quorũ equidem numero,quod ego quidem mihi sumere nunquam auſim, quum me & complecti inſtitueris, compertis iam horum impuriſſimorũ hominũ impudẽtiis, abolitisq; omnibus in te perperam congeſtis criminibus,illud tamen mihi ſupereſſe arbitror, poſtquam doctiſſimas tuas lucubrationes diligentiſſime perſpexerim,quinimmo ad rei ipſius enodationem diuerſis inter nos habitis certaminibus uerſauerim,eisdẽ etiã numeris abſolutiſſimis aſſentiã,ore atqué animo faueã,uel põtius obſeruẽ:Id etiam aſſerens,quàm ex iis æternos in hominibus titulos iã tibi pepereris, ita ut q̃busq; ꝓfecto & in ãpliſſimo honorę exiſtere,multaq; gratulatione,niſi ex his ſint,qui omnibus fũditus gratitudiné exuerint, ſtudioſę amplecti merearis. Vale ſocer mi piiſſime ac clariſſime.

Fabius de Cremaſchis, Mantuæ ciuis,
Ludouico Panizæ. S. P. D.

q Quum omnes à condito æuo uſq; ad hanc noſtram ętatẽ Ludouice clariſſime,qui alicui præclaro operi ſe accinſerint,dignis laudibus sũmisq; honoribus digni ſemper habiti fuerint,quę nã laudes, qui uè honores excogitari poſſunt adeo magni,quin dignores etiam ſublimiores nũquam ſatis laudatę animi tui dotes mereantur? quandoquidem Vir excellens,non ad faſtũ, tumidãq; gloriã, ſed ueritatis deſiderio ac boni pub. amore exactã ac verã ſẽtẽtiã de purgatione in morborũ principio (minorationé uocãt) adeo è tenebris eduxiſti,ut poſt hac medicũ unũquęq; in huiuſcę difficultatis uerũ ſcopũ recto tramite nõ poſſe tẽdere infitias iturus ſit nemo:Multi q̃dé & doctores egregii hãc agreſſi sũt pronunciã,

uinciã, qui ꝑ uirib⁹ ſentẽtiã alteri contrariã literis mãdantes uali-
dis adeo rationib⁹ partes ſuas egerũt, ut parduũ ſit, quis nã eorũ
ad ueritatẽ ꝑpius acceſſerit diudicare: Nõ defuere & alii qui ad
pauca reſpicientes, Auicenã ipſũ è uirorũ Illuſtriũ certamine eiciẽ
dũ fore temeꝛ ꝑnũciarũt, hoc ſolo nomine ſe maximi medici famã
aſſequi poſſe exiſtimãtes. Verũtñ hi operã, & oleũ pdidere: Nã tu
aduerſus ueritatis oſores nemini addict⁹, nõ min⁹ Auicenæ, quàm
Hippo, & Gal. placita enixè ꝑpendẽs ueritatẽ ob multitudinẽ opi
nãtiũ facile collapſurã ueris ac demõſtratiuis rationib⁹ (quatenus
hac in arte haberi poſſũt) adeo fulcis (ni fallor) artẽ hãc uniuerſã,
atq; unũquodq; hominũ genus tibiq; plurimũ debeꝛ fatẽdũ eſt, &
iure quidẽ, enimuero quid artis medicæ maioꝛẽ tũ inconſtãtiã, tũ
incertitudinẽ arguere dẽniq; magis ei derogare poteſt, quàm tot
ac tanta clariſſimorũ doctorũ cõtraria decreta? mortalib⁹ uero
ęgrotantibus quid nocuũ magis cõtingere, quàm ipſarũ curatio-
nũ exordiis circa maiora pręſidia medicos cõtendere, ac in recto
eorũ uſu aberrare? Has ergo tuas tam elaboratas lucubrationes,
quibus poſt primã ęditionẽ extremã manũ impoſuiſti, quũ mihi
iter intimos tuos imꝑtiri dignatus fueris, habuerim & ego iã à te-
neris apud me perſuaſũ, ingrato animo nullũ aliud uiciũ uel dete
ſtabilius, uel quod hominẽ dedeceat magis, ne huius uicii crimẽ
ſubire lubentiſſime ꝑ operis dignitate difficultatib⁹ omnibus &
non ſemel tecũ amicè examinatis, atq; ad ueritatis apicẽ perdu-
ctus uerba facere decreuerã: Verũ animo euoluens me huic ne-
gotio nõ eſſe parem, quũ ne doctiſſimus quiſpiã rethor ſatis am-
plo uolumine, nedũ ego in epiſtola meritas laudas recẽſere poſ-
ſet, merita huius operis ſilentio pręterire cẽſui, & eo magis quòd
uirtutes tuę adeo paſſim uulgatę ſunt, ut nec cuiquã pręconio in-
digeant: Reliquũ igitur mihi tantũ eſt, ut te rogem obſecrẽq;, ne
tam frugi operis dono ętas hęc amplius defraudetur, & ut nullis
cũ laborib⁹ tũ uigiliis in hac inquirẽda ueritate peperciſti, ita nec
ſumptibus (qualescunq; fuerint) parcas, quò libellũ hũc tuũ au-
reũ ad cõmunẽ hominũ utilitatẽ i lucẽ edas, ſic enim Deo charus,
& cunctis hominibus, per quàm gratus efficieris, quo nil melius
nil optabilius homini cõtingere poſſe arbitror. Et iã ſermoni meo
finẽ imponens, Deũ ipſum immortalẽ rogo, obteſtorq;, ut quan-
to ſtudio aliis tuis lucubrationib⁹ quàm plurimis ſumma doctrina
refertis, tuimet tuiq; generis ornandi prouinciã ſuſcepiſti, ſic tã-
to ſucceſſu, tãtaq; fœlicitate id muneris aſſecutus perpetuò gau-
deas. Vale. Meq; (ut ſoles) Ames.

Gulielmus Vallarius Medicus Illuſtriſſimæ & Ec-
cellẽtiſſimę D. D. Marchioniſſæ Mõtiſſer-
rati D. Ludouico Panizę Medico. S.

1 ibellus tuus de purgatione, (ut aiunt) minorati-
ua, Clariſſime Ludouice, quem mihi nuper legen-
dum, cenſuræq; meæ pro tua quæ ſumma eſt
modeſtia, ſubiiciendũ miſiſti, ita à me obuiis (ut
fertur) vlnis & amantiſſimè exceptus fuit, ut nihil
mihi hoc tempore charius gratius vè occurrere potuerit, cum ob
id ipſum, quòd in me ſumma amoris tui teſtificatio fuit, tũ pla-
nè quòd abs te nihil non elaboratum aut excultum me viſu-
rum è ueſtigio in ſpem maximam ueni: Quamobrem non po-
tui facere, quin ſtatim fretus tua ſingulari doctrina, ſine ulla libel-
li inſpectione, tibi ſubſcriberem: Verum vt tuę quoq; honeſtiſſi-
mę, vel potius meę ſatiſfacerem voluntati, totum ipſum ab imis
vnguiculis (vt ita dicam) uſq; ad ſummum uerticem, & corpo-
ris & mentis luminibus accuratiſſimè luſtraui, ut ego non ſo-
lum (vt par fuit) in tuam irem pedibus ſententiam, ſuffragiumq;
meum qualecunq; tuis ſcriptis adderem, ſed etiam ut in te meã
mutuam omnibus oſtenderem beneuolentiam; Nam quis tan-
ta impudentia, aut temeritate prędituſ, qui tuis optimis rationi-
bus obſtrepere, refragariq; auderet, ſuſtineretq; ? cum omnia
miro iudicio, & conſilio, ornata, erudita, ad unguem deniq; fa-
cta conſpiciantur, exactiſſimaq; ratione examinata, fidiſſimorum
ſimulq; teſtium, ſumma fide vndiq; ſtipata legantur, vt nihil
(abſit inuidia uerbis) melius, aut doctius eruditiuſq; in hoc ge-
nere excogitari diciq; poſſit: Deniq; ut apertius quod ſentio
dicam, ſuo quæq; ordine ita conſtare mihi videntur, ut ſi ex tuis
conſtantiſſimis ſcriptis, verbum aut demas addas uè aliquod,
tum ſententiam, tum elegantiam, detraxeris: Addo in primis
vtilitatem non paruam, quam vniuerſis noſtris hominibus attuli-
ſti, preſertim cum prouinciam difficilem quidem, ſed perutilem,
humanoq; generi quàm maximè neceſſariam ſuſceperis, quod
vel cęcutientibus apparere poteſt, vel id ex eo maximè patere
debet, quòd tandem è profundiſſimis atq; cimeriis tenebris
eruta in lucem veritate, oblatrantium morſus ſubire non timue-
ris: In quo genere diſputandi, ita ingenio, doctrina, argumen-
tis inſtructus, in aciem contra aduerſariorum ictus deſcendis, ut

non

non ſolum ſuperatis hoſtibus, triumphum ſperes, ſed etiam quod in primis glorioſum duco, ipſos ueteres huius ſcientię, coryphęos ęques, uel potius (ut eſt opinio) ſuperes: Iam uero tua tam firmiſſima rationum tuarum fundamenta iecisti, atq; adeo uniuerſa ingenii tui opera, clariſſimis rationibus comprobasti, ut quid ſit tibi obiiciendū non habeam; Illud autem tanquam mearum rationū omniū colophona non tacebo, Si (quod quibuſdam placuiſſe ſcio) concederetur illud Animas nempè de corpore in corpus migrare, certè tui corporis organa, Hippocratis illius ſummi uiri animam induiſſe auſim affirmare, neq; id ab re dictum uolo, propterea quod ita illi in omnibus concinnè & aptè conſentire & congruere uideris, vt meritò quis dicat, aut Hippocrates (quod citra aſſentationis ſuſpicionē ſit) Panizat, aut Paniza Hippocratizat: Quod idem de Platone, ac de Philone olim circumferebatur: Verum ne plura dicendo, tuarum laudum fulgorem ſermonis mei caligine obſcurem, hic finem dicendi facio; atq; ut in lucem quàm primū tuos iam maturos partus emittas, adhortor, sūmoperè q; contendo & opto: Vale, & Vallarium tuum mutuò dilige. Mantuę ſeptimo idus Iunii. M. D. L. IIII.

Eccellentiſſimo Philoſopho & Medico Ludouico Panizæ Fabius Faronus S.

Quid mirum erit Paniza Eccellentiſſime, ſi Ego iuuenili hac ætate, quę impreſſiones facile recipit, Qui non prius te cepi amare quàm admirari, eorū nunc reiecta doctrina, ſub quibus non ſine quęſtu diutius militaui, deſcendam te duce in tam lucidam Hippocratis expoſitionem, quam recentiores quidam, neſcio quo malo fato, ſed inani potius gloria quàm ueritatis amore allecti, quod animos nobiles non decet, deprauatis ſenſibus obſcuratam diutius detinuere? Mirum quidem eſſet, malęq; ſpei iuuenis nomen mererer, ſi tuis tam ſolidis conuictus rationibus, quas contra Galenum habes, & obſtinatè ſentire, & turpiter interficere proſequi uellem: Sic itaq; expoſitio iſta, quam ſuper Hippocratis aphoriſmum habes, & media illa natura quam apertiſſimè demonſtras, & quę nodus eſt ut mihi uidetur totius quęſtionis, me ad Minorationē faciendam in morborū principiis perſuaſit,

perſuaſit, ut Ego qui olim nũquã induci poſſe credidera, ut eam admitterem, nunc tuis uiſis rationibus, non authoritatibus implicitis atq; confuſis, ſed puro ad rei naturam inceſſu nixis ſummam illius neceſſitatẽ nunc aliis perſuadere poſſe confidẽ: Nec eſt hoc loco, quòd ſeuerus vllus Galeni ſectator, ſi ſani iudicii fuerit, vllo mihi vitio vertat, quòd viro tam benemerito, & doctrina & experimentis adeo claro, dem manus, Cum tu non minus apud me nobilis Galeni cenſor eſſe merearis & poſſis, quàm ipſe Hippocratis extiterit; Quum preſertim & ipſe ab eo quandoq; diſcedere, immo eum damnare non erubuit, cuius diligentiam eſt tantopere admiratus, quẽ Diuinum toties nominauit, à quo nihil unquàm fruſtra proditum dixit: Omittamus enim quod eum de ſolœciſmo taxet, quòd eundem de loquutionibus impropriis pluries mordeat, quinimmo quòd ei ſæpius contradicat, Quæ defenſio, quæ ſalus illius erit, ſi ſibi met etiam ſæpius contradicit? quemadmodum in uiticis temperie, & in enumerandis membris ſimilaribus, in multiſq; aliis, quæ apud nos notata exiſtunt: Si quod magis eſt, ſolam rudis hominis imperioſam licentiam olim adeo expauit, ut præſcitam mortem pueri innocentis ſubminiſtraſſe fateatur? quod opus egregium uix ei in libro de Theriaca. xvii. illud dicenti, credere poſſum: Si quod magis ad rem præſentem facit, Minorationẽ per pharmacum in morborum principiis, quã acriter ubique fuerat inſectatus, uelit nolit fateri cogatur, nam dum ſecundo de fracturis. xxvii. Hippocratem eodem die ueratrum exhibentem exponit, ad temporum diuerſitatem in victus ratione confugit, oblitus eum ita iubentem, eundem fuiſſe, qui in aphoriſmis dixerat, Ante purgationem fluuidum corpus faciendum eſſe; Ita ſanè, ut cum eodem met tempore uniuerſalis in uictus ratione diuerſitas eſſe non poſſit, ab eo clypeo lædatur, ſub quo tutum eſſe ſibi perſuaſerat: Sed hic errores Galeni recenſere nõ inſtitui, ſed tantum faſtigioſis quibuſdam cenſoribus, qui ſemper tam in bona quàm in mala iuraſſe uidentur, leuem fidem facere, me longè à repræhenſionis nota abeſſe, quòd tecum mi Paniza doctiſsime, Decus patrie noſtræ, per quem unum ars noſtra maximum habuit additamentum, à tam grauibus erroribus me tandẽ ſurripiam, atque poſthac per me ſit hominum ſaluti melius conſultum; In melius enim mutare ſententiam, ſemper prudẽtis eſt habitum: Quapropter ſicut poſthac meę partes

erunt,

crunt, ita me in hoc ſanctiſsimo decreto confirmatum profiteri, ut nullis rationibus arbitrer me ab huiuſmodi opinione retrahi poſſe, Ita tu cuius opera tale in me beneficium collatum ſentio, nullo unquàm æuo delendum, nulla memoria procidendum, tuas eſſe cognoſces, ita me amare, ſicuti à me te ſentis redamari, Atq; in eorum numero me recenſere, quos tibi maxime deuinctos eſſe cognoſcis. Viue diu fœlix.

REGISTRVM.

Omnes ſunt terni.

ABCDEFGHIKLMNO

VENETIIS
Apud Ioan. Franciſcum Camocium, Ad ſignum Piramidis.
M D LXI

UNIVERSIDAD DE NAVARRA
BIBLIOTECA